Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

~~237~~

~~X~~ 34

KW 232 K 32

1197

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

M.
Os.
54

Guilielmus Junius

~~Geog 402~~ bei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

644

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Soc.tis Jesu Antu. D. L.

552 J 10

237 D 14

PHILIPPI CLUVERI
COMMENTARIUS

DE TRIBUS RHENI ALVEIS, ET OSTIIS;

ITEM,

DE QUINQUE POPULIS QUONDAM ACCOLIS;

SCILICET

DE TOXANDRIS, BATAVIS, CANINEFATIBUS, FRISIIS, AC MARSACIS.

OPUS NOVUM, EX VETERI HISTORIA ac geographiâ contra aliorum errores, quibus antiquitas dictorum populorum perindignè hactenus obſcurata fuit, ſummo ſtudio atque diligentiâ collectum.

Adjectæ ſunt tres tabulæ geographicæ.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud IOANNEM BALDUINUM; impenſis
LUDOVICI ELZEVIRI.
Anno cIↃ. IↃc. XI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ILLVSTR.MIS ATQVE POTENT.MIS

FOEDERATARVM
INFERIORIS GERMANIÆ
PROVINCIARVM
ORDINIBVS
PHILIPPVS CLVVERIVS.

ANTIQVITATES regionum veſtrarum, Illuſtriſſimi, atq; Potentiſſimi Proceres, Batavorum utique, gentis nobiliſſimæ ac bellicoſiſſimæ antiquam ſedem, resque eorum præclarè geſtas, ſummis, ab Romanis auctoribus, concelebratas laudibus, tradere complures adgreſſi ſunt. Verùm in tantâ doctiſſimorum virorum copiâ, pauci admodùm, imò (ſi verum profiteri liberè licet) nemo ſatis felicem hactenus admovit manum. Quippe quidam nimis parcè, neque

pro gloriâ fortiſſimi populi, pauca quædam commentati, monuiſſe alios poſſunt videri de investigandâ ejus antiquitate, non investigatam tradidiſſe. quidam immoderatiùs fabulati, dum falſa pro veris nimis audaciter ac temerè prodere haud veriti ſunt; excelſam atq; auguſtam priſcæ virtutis gloriam perindignè commacularunt. alii deniq; ſatis largè equidem & copiosè; at parum diligenter, nec ſatis integrâ fide veterum auctorum monumenta, quę huc faciebant, interpretati ſunt; & ipſi longè à vero ſcopo aberrantes. Hinc ego nuper vniverſæ Germaniæ vetuſtatem, pariter cis, ac trans Rhenum, illuſtrare, & ab immanibus, pervagatisq; erroribus perpurgare conatus, quum ad has pervenirem parteis, indignatus regionum totius Germanię, quà olim, quà nunc celeberrimarum antiquum decus in obſcuro jacere, ſeu (quod pejus, ac longè indignius) in falſo oſtendi; ingentium inſuper memor meritorum, quæ vos juxta, Illuſtriſs. Primores, civesq; veſtri in me immeritum largiter ac benignè contuliſtis: pro æquo me facturum

ſturum putavi,ſi diligentiore manu, ſtyloq́; acriore omnia ea, quæ huc ſpectarent, ſedulus retractarem; & quæ ab aliis vel malignè, vel imperitè in obliquum contorta ſenſum, pro virili parte corrigerem. Proinde enixiùs intendenti curam,&acriori oculo ultima antiquitatis veſtigia quærenti,omiſſis omnibus iis,quæ fabuloſa,vanaq́; videbantur,ea dumtaxat in medium conferre conſilium fuit,quę ex idoneis,probatisq́; rerum auctoribus pro veris firmari quirent. Hic tandem productus eſt liber:qui æqùum reliqui operis, quo tota mihi deſcribitur Germania, tenorem quum excederet; haud abſurdè, neque incommodè me facturum ratus ſum, ſi ſeparatim (& ſic quidem magis conſpicuus futurus erat) eum publicarem. In dedicatione autem deſtinandâ, nullum erat dubium, quin eorum rectè, ac ritè inſcriberetur nomini, quorum terras illuſtraret: Vobis ſcilicet, Illuſtriſſimi atque Generoſiſſimi Proceres, qui hæc eadem nunc loca auctoritate veſtrâ, atque conſilio regitis. Veſtra

namque heic, civiumq́ue veſtrorum quæritur gloria, veſtrum decus, veſtrum nomen: quo, ut jam olim majores veſtri magni, ſic vos nunc per terræ orbem, apud omneis genteis, populos, atq; reges, maximi habemini. Habetis igitur heic ſinceram̃, & ab omni fabularum contagione incorruptam gentis veſtræ antiquitatem, præclara majorũ facta, & militiam glorioſiſſimam. Veſtræ ſit facilitatis, atq; mãſuetudinis, exiguum hoc munus, primitias laborum meorum geographicorum, benignâ ac lubenti manu recipere; meq́ue haud indignum judicare, quem in addictiſſimis, devotiſsimisq́ue vobis cenſeatis. Me vtiq; ſuſcepti laboris, officiiq́;, quod ingentibus veſtris debui meritis, perſoluti haud piget, nec pœnitet. Vobis gratum hoc ſi intellexero, haud deerit animus, plura, ac majora, ſi Deus benè juverit, in eodem conari argumento; & quæ porrò ad claritudinem nominis veſtri pertinent, pleniore atque vberiore ſtylo excolere. Ceterùm Deum immortalem precor, venerorq́ue, opulentiſſimam, ac florentiſſimam Remp.

Remp. veſtram, uti communem, ſic concordem æternùm volens propitius conſervet; perpetuam det felicitatem, & læta omnia. Lugduni Batavorum: pridiè Id. Martias, anni cIↄ.Iↄc. xi.

VIRO NOBILI, ET TVM OMNIS HVMANIORIS LITERATVRÆ, TVM antiquæ hiſtoriæ, geographiæ-que conſultiſsimo,

PHILIPPO CLVVERIO.

HActenus in gremio patriæ telluris & oræ
Vitam egit Batavus, veluti peregrinus & exul
Sole ſoloque ſuo; melior defendere fines,
Et decus imperii proferre, & Marte tueri,
Pro patriáque ſubire necem, quàm volvere priſcos
Sedulus annales, veterumque arcana locorum
Eruere è tenebris, noſcendaque prodere ſæclo.
Tu vigili ſtudio, verique incenſus amore,
Non fers ulteriùs mentes errore teneri,
Nec fas eſſe putas Mavortia corda Batavûm,
Et quæ ſparſa iacet medio Zelandia ponto,
Maiores neſcire ſuos. te vindice Rhenus
Redditur ipſe ſibi, triplicique effunditur alveo.
Tu cives patriæ, & claram virtute feroci
Progeniem princeps antiquis ſedibus inſers,
Natalique ſolo. Manet hunc præclara laborem
Gloria, ſi qua viros reſpectant Numina fortes:
Te ſublime feret, tibi debita præmia reddet
Et præſens ætas, & gens ventura nepotum.

DOMINICVS BAVDIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

In præſtantiſsimi viri
PHILIPPI CLUVERII
De tribus Rheni alveis
COMMENTARIUM.

VIctores Batavos, queîs quondam maſcula virtus
Nunc quoq; ſucceſſus vix dat habere pares
Laudarunt veteres, laudarunt ſæpè recentes,
Nec notum eſt toto nomen in orbe magis.
Quis tamen hoc credat? Batavus ſine ſede domoque eſt,
Et fruſtra patriam quærit vbique ſuam.
Laudabunt alii victorem ſæpè Batavum:
CLUVERO patriam dante Batavus habet.

DANIEL HEINSIUS.

):( ):(

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

In accuratiſsimum
PHILIPPI CLVVERI
de tribus RHENI alveis, & populis accolentibus COMMENTARIVM PETRI SCRIVERII *Carmen.*

NYmpharum decus amniumque RHENE,
Inceſtique thori ſevere vindex;
Qui triconiger, è Lepontiorum
Labens Alpibus & jugis Adulæ,
Noſtris finibus influis profundum;
Seu tu MOSA *velis* VAHAL*que dici,*
Seu FLEVUS *magis*, HELIÚS*ve; gaude,*
Ternis cornibus aureis receptis.
Gaude hinc Rex fluviorum, & inde gaude,
Et ſemper liquidis fruare lymphis,
Nec curſum remoretur, exitumque
Tempeſtas maris, aut arena ſiſtat,
Ipſis fluctibus in caput retortis.
**Hæc luxiße ſemel, ſatis ſuperque eſt.*
Nunc gaudent populi tibi adſidentes,
Iam primùm patriis locisque avitis,
CLUVERO *præeunte, reſtituti.*

* *Anno Domini* IↃCCCLX. *triennio ante inſtitutum Comitatum* HOLLANDIÆ, *ut volunt Annales.*

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Non hîc Mattiacos, *ſed inquilinos*
TOXANDROS *apud Helium videbis:*
Amnemque ad medium meos BATAVOS,
Illos auricomosque, cærulosque,
Natatu celebres equique habenis,
Custodes quoque corporum ſacrorum,
Primos NOBILIS INSULÆ *Batavos.*
Videbis FRISIOSque, MARSACOSque;
Videbisque truces CANINEFATES:
Non quo ſunt ſoliti ſolo videri,
Sed terris aliis, ſuisque regnis.
Nullos hîc Friſiabones *recenſet,*
Non Cauchos, Sturiosque Tuſiósve
Vanis nomina ficta pædagogis.
Flevumque hos negat inter Heliumque
Sterni; ſed FRISIOS *probat* MINORES,
MAIORESque. *nec audit obloquenteis.*
Nos ducem ſequimur: nec invidemus
Contra niti alios. favebimusque
Auctori (neque enim ſumus maligni)
Dicenti modò veriora veris.

ALIVD EIVSDEM.

IMPERII Rhenus narratur terminus. idem
Ingenii nobis nunc quoque finis erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

MOnendus eras, amice lector, librum hunc partem eſſe majoris operis, in quo univerſa nobis deſcribitur GERMANIA VETUS. proinde ſicubi ſeu ad priora, ſive ad poſteriora rejectus fueris, de quibus nullus in hoc volumine fiat ſermo; memineris, in majore illo te ſingula reperturum opere: quod propediè m, Deo benè juvante, in lucem dabimus. Hæc interim æqui bonique facias. & quòd in typis ſæpiùs erratum, bonus ignoſcas. Etenim quum ex negotiis urgentibus nos abeſſemus: typographus, editionem maturans, diligentiori deſtitutus correctore, magnâ in parte libri orationem interpunctionibus, & characterum formis malè diſtinxit: verba multa omiſit; nonnulla ex ſupervacuo immiſit. quæ omnia ex tabulâ erratorum præmiſsâ, antequàm librum legas, corrigere ne graveris. Ceterùm tabnlas geographicas quatuor fieri mandaveramus. harum itidem vna, quâ nova Rheni alveorum, populorumque nunc accolentinm deſcriptio exhiberi debebat, à chalcographo omiſſa eſt. Harum igitur regionum typos aliunde (& paſsim exſtant Geldriæ, Hollandiæ, Selandiæ, Friſiæ deſcriptiones) compares monemus. Quidpe ſine tabularum adhibitione, geographicorum librorum lectio parum prodeſt. Vale.

Tabula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

TABULA ERRATORUM.

Pag. verſ.
4. 15.Melanthon,*lege* Melanchthon.
26.contemnentur, *lege* contemnuntur.
32. ſuo,*lege* ſuæ.
5. 5. ſede,inquit,*adde* finibusque.
6. 5.paludeis? *adde* ubi quidam eos conſtituerunt,quum trãs Rheni nomen ex Tacito agnoſcerent.
8. 24.eum,*lege* rum.
9. 29.quid, *lege* quia.
10. 4. veterum,*lege* Veterum.
11. 2.Germaniæ,*lege* Germanicæ.
5.accolant,*lege* accolunt.
13.& 14. extra,*lege* extera.
14. 30. Curbulo,*lege* Corbulo.
15. 2. triremos, *lege* triremes.
4 Cannaſco,*lege* Gannaſco.
17. 7.ferocis, *lege* feroceis.
32.Toxandriam,*lege* Taxandriam.
19. 13.quas, *lege* quę.
20. 32. veluti,*lege* vetuli.
22. 27.quisquam,*adde* prudens.
24. 3. Prūſios,*lege* Pruſsios.
24. lib.54.*adde* judico.
25. 20.καλυμένυς,*adde* Βαλάβυς.
26. 24.Galliam,*lege* Gallicam.
27. 8.munimentum,*adde* cuivulgare vocabulum.
29. 12.ſolam, *lege* ſolum.
31. 8.Britanicum, *lege* Britannicum.
32. 12.Vageſo,*lege* Vogeſo.
33. 23. Germanos,*lege* germanos.
34. 1. paſſuum xxc.*adde* in.
8.offinis,*lege* officinis.
35. 11. Hisdemum, *lege* Hœsdenum.
20. altera eſt, *lege* alter eſt.
21.alterá ſiniſtrá,*lege* alter à ſiniſtrâ

pag.verſ.
36.24.qusai, n, *lege* quas in.
37.7. Ryſeert:*lege* Ryſoort.
40. 9.Vahal Germanis, *diſtingue* Vahal. Germ.
42.30.Quum,*lege* Quin.
44.22.redditur,*lege* redditus.
47. 2. XXI.M.P.*lege* XXI.M. & P.CCL.
14.Et, *lege* Eſt.
48. 25.Waerſleet,*lege* Waterſleet.
29.perſtringere, *lege* pertingere.
49. 19.ingreſſerunt, *lege* ingeſſerunt.
52. 25. longitudine, *adde* conciliare.
53. 13.Galliam, *lege* Gallicam.
54. 7. ſæparavit,*lege* ſuperavit.
32. foſſam,*lege* foſſa.
55. 3. 4. & 5. *dele*, Sic enim auctor; Iamqueclaſſis,inquit,advenerat cum præmiſſo commeatu, & diſtributis in legiones ac ſocios navibus,foſſam,cui Druſiani.
8.Iam,*lege* Iamque.
24. probatur,*adde* verbis.
56. 21. contuliſſe,*lege* contudiſſe.
58. 10.acceſſerunt, *lege* acceſſerint.
25.Flexu,*adde* inquit.
59. 2. potuerit,*lege* patuerit.
61. 24.Hungarium, *lege* Hungariam.
62. 21. dis junctiva,ſed agrum; *diſtingue* disjunctivâ,*ſed*,agrum.
63. 15. qui,*lege* quod.
32. Nantuantium, *lege* Nantuatiũ.
65. 29. Saranetesque, *lege* Sarunetesque.
66. 15. Sedunes,*lege* Sedunos.
21. utrumque. *lege* utrimq;.
22.Nantiatium, *lege* Nantuatium.
70. 20. Batavorum, *lege* Batavum.
72.16. Rhenum,*adde* at.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

pag.verſ.

72.21. illud, *lege* illuc.

74. 1. λέγονται, *lege* λέγοντας.

in margine, ab Auguſto, *lege* ſub Auguſto.

76. 7. extiſſe, *lege* exſtitiſſe.

29 conſtitutam, *lege* conſtitutum.

78.12. Rheni, *lege* Rhemi.

79. 10.& 24. extra, *lege* extera.

89. 16. arguit, *lege* arguunt.

90. 6. ceteræ æve, *lege* ceteræque.

25. Batavumque, *lege* Batavosque.

94.32. dum, *lege* cum.

95. 13. nam inferiore, *lege* nam in inf.

14. *dele*, ut.

98.13. dixit. Æquè, *lege* duxit. eæque.

31. Marſatiarum, *lege* Marſatiorum.

99.21. illâ, *lege* ullâ.

102.20. ſive, *lege* ſine.

103. 6. C. Labeo, *lege* Cl. Labeo.

12. quas, *lege* quaſi.

22. ſit, *lege* ſic.

104. 14. aliarum, *lege* alarum.

108. 22. Manniritium, *lege* Mannarit.

114. *ult.* conſtrictis, *lege* conſtructis.

pag.verſ.

115. 30. probabimus, *lege* probavimus.

123.31. præcipuum, *lege* præcipuam

131.16. ex in, *lege* ex ni.

134.12. Lirum, *lege* Lirim.

145. 3. Lucianus, *lege* Lucanus.

12. Vſipites, Tenchterosque, *lege* Vſipetes Tenchtherosque.

148.3. paccaverat, *lege* pacaverat.

152.9. Nemetos, *lege* Nemetes.

20. *quo*, *lege* quos.

153.20. ædificiis, *adde* incenſis.

160.18. cohorti, *lege* coorti.

30 committa, *lege* comitata.

161. *in marg.* parta, *lege* partæ.

162.31. H. Gabin. *lege* A. Gab.

169.29. citiaram, *lege* citharam.

170.11. legionem, *lege* legionum.

177. *ult.* barbaris, *lege* barbari.

179.14. pleno al eo, *lege* plano alveo.

184. 4 oppoſitæ, *adde* cohortes.

186. 10. cohorte ſin, *lege* cohortes in.

88. 1. Civilem, *adde* ea.

1 3.23. Amiſię, *lege* Amiſia.

215.28. *lege* ἐπὶ τῆς τοῦ Ὠκεανοῦ παλιῤῥοίας ἐπὶ ξηροῦ γῆν.

EL EN-

ELENCHVS RERVM; DE QVIBVS IN HOC LIBRO TACTATVR.

CAPVT. I. *Argumentum operis; item, Mattiacos non eſſe Selandos.* Pag. 3
CAP. II. *Toxandros olim Selandicas coluiſſe inſulas, Toxandriamq; dictam Selandiam.* 10
CAP. III. *De Batavis. ac primùm de iis, qui Batavorum agros hoc noſtro ævo deſcripſerunt: item falsò* BATAVIÆ *nomen antiquis auctoribus adſcribi.* 19
CAP. IV. *De ſitu inſulæ Batavorum in genere. dein de longitudine ejus; ſive de initio ac fine.* 25
CAP. V. *De lævo, ſive auſtrino inſulæ latere; quod Vahale flumine, & Moſæ oſtio cingitur. ubi veteres dictorum fluminum alvei deſcribuntur.* 33
CAP. VI. *De dextro, ſive ſeptemtrionali inſulæ latere; quod medio Rheni alveo clauditur. ubi oſtēditur, quâ ratione medius Rhenus in Leccam amnem abactus ſit. item de Corbulonis foſſâ.* 41
CAP. VII. *Refutantur eorum argumenta, qui Batavorum inſulam ad Iſelam flumen, & lacum* Zuyder-zee *usque extendunt.* 50
CAP. IIX. *De Batavorum agris, quos extra inſulam in Galliæ ripâ, inter Vahalem Moſamq; coluerunt.* 62
CAP. IX. *Batavos Galliæ partem fuiſſe. quod Rheni fluminis deſcriptione efficitur.* 64
CAP. X. *Hadr. Iunii argumenta, quibus Batavos Germaniæ adſeruit, cuncta refutantur.* 77
CAP. XI. *Teſtimonia ex Tacito, argumentaq; quibus Batavi Galliæ adſeruntur.* 86
CAP. XII. *De Caninefatibus, qui partem inſulæ Batavorum incoluerunt.* 92

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

CAP. XIII. *De Batavorum opidis, caſtellis, & vicis.* 101

CAP. XIV. *De munimento, quod ad Rheni obſtructum os, freti undis abſconditum jacet.* 109

CAP XV. *De Lugduno Batavorum.* 121

CAP. XVI. *Prætorium Arippinæ; Armamentarium Romanorum; Trajectum; Arenacum; & alia Batavorum loca; item nemus ſacrum.* 129

CAP. XVII. *De origine Batavorum; & quando in notitiam, ſocietatemq́ Romanorum pervenerint.* 141

CAP. XIIX. *De equitandi, nandiq́ Batavorum ſtudio; item de bellicâ virtute ſub Iulio Cæſare.* 151

CAP. XIX. *De Batavis corporum imperatorum cuſtodibus.* 167

CAP. XX. *De Batavorum militiâ, virtuteq́ bellicâ ſub Cæſare Auguſto, & reliquis imperatoribus.* 175

CAP. XXI *De Friſiorum finibus. item de falſis Friſiabonum, Chaucorm, Sturiorum, ſive Tuſiorum vocabulis.* 192


CAP. XXII. *De Nabaliâ flumine, nunc Iſelâ; quod numquàm à Tacito Rheni nomine adpellatum.* 202

CAP. XXIII. *De Flevo lacu, & vadoſo mari, inter continentem Friſiæ terram, & inſulas. item de ipſis Friſiæ inſulis; & de Flevo, ſeu Fleo caſtello.* 211

CAP. XXIV. *Flevi, ſeu Flevonis lacus, inſulæq́ amplior deſcriptio.* 218

CAP. XXV. *De foſsâ Druſianâ: de Vidro amne: de Baduhennæ luco, & Cruptoricis villâ: de Manarmani portu.* 218

CAP. XXVI. *De Marſatiis, ſive Marſacis.* 229




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32



TRIUM RHENI ALVEORUM, et populorum quondam accolentium accurata deſcriptio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

PHILIPPI CLVVERI
DE TRIBVS RHENI ALVEIS OSTIISQVE, ET POPVLIS QVONDAM ACCOLENTIBVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ARGVMENTVM OPERIS:

ITEM,

Mattiacos non eſſe Selandos.

CAPVT I.

VETERVM Batavorum fineis, in quibus deſignandis pleroſque immaniter hactenus erraſſe video, accuratiùs deſcribere quum inſtituerem, commodè me facturum putavi, ſi Rheni amnis treis alveos, ſimulque populos olim accolenteis ordine explicarem. His quidpe diligenter traditis, Batavorum quoque agri clarè ac perſpicuè noſci poterunt. Rheni autem alveos oſtiaque accolentes quondam nationes fuêre, Toxandri, Batavi, Caninefates, Friſij atq; Marſaci. Quorum deſcriptioni exiguum hunc librum deſtinavi. Horum autem omnium (vti ab Occidente, & Romanorum provinciâ Galliâ Belgicâ initium faciam) primos exponendos aggrediar Toxandros: quorum antiqua genuinaq; ſedes æquè ac Batavorum ipſorum vulgò ignoratur. imo multo magis: quidpe Batavis pars ſui agri rectè traditur ab omnibus in inſula Rheni. Toxandris autem, patriâ extorribus, in alieno ſolo neſcio quid agri attribuitur. Hoc igitur primo loco agatur, vti his ſui reddantur veri atq. germani fines. Selandicas inſulas Mattiacorum quondam gentem incoluiſſe vulgus geographorum huius ætatis, ingenti errore (quo ſummos etiam viros implicitos video) ſtatuit. Omnes hac vna ratione ducti, quia Tacitus in lib. De Germaniâ, ſermonem de Mattiacis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Cur hactenus creditũ, Mattiacos Batavis fuiſſe finitimos.

cum ſermone de Batavis coniungit: quos Rhenî amnis inſulam tenuiſſe conſtat. Abrahamus Ortelius in Theſauro geographico: *Mattiaci*, inquit, *Tacito Galliæ Belgicæ populi in Batavorum obſequio, ſed vltra Rhenum.* & mox infra: *Neq; ego alios quam Selandos pro his acceperim.* O cerebrum hominis! quid, quæſo per fidem tuam, hoc eſt dicere? Galliæ Belgicæ populi vltra Rhenum. Quis te Geographe geographus docuit Galliam etiam vltra Rhenum proferri? Certè nemo, niſi qui ipſe ante doceri opus habuit. At Ianus Douſa, Annalium Batavicorum noviſſimus Scriptor, quum hoc perabſurdum eſſe animadverteret, Selandiam reſpuit. nihilominus tamē eadem, qua ceteri, ratione ductus, Batavis, quos, vt pleriq; alij, ad Iſelam flumen vſq; promovet, proximos Mattiacos facit; circa opida Campen, Zwoll, & Deventer. Philippus item Melanthon Batavis vicinos agnoſcit, ſeu Geldrenſeis, ſeu Clivenſeis. Sed hoc obſcure, nec ſatis pro geographo: quum & Geldrenſium, & Clivenſium pars citra, pars vltra Rhenum incolant. In hoc autem vertitur diſputatio, vti certò conſtet, vtram Rheni ripam tenuerint. Hoc igitur vti diſcutiatur, omniumque iſtorum errores diſturbentur, verba Taciti de vtriſque populis integra apponantur; quæ ſunt lib. de Germ. huiuſmodi: *Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes transgreſſus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne: nam nec tributis contemnentur, nec publicanus atterit: exempti oneribus & collationibus, & tantum in vſum præliorum ſepoſiti, velut tela atq; arma, bellis reſervantur. Eſt in eodem obſequio & Matttiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani vltra Rhenum, vltraque veteres terminos imperij reverentiam. Ita ſede, finibusq; in ſuâ ripâ, mente animoq; nobiſcum agunt; cetera ſimiles Batavis, niſi quòd ipſo adhuc terræ ſuo ſolo & cælo acriùs animantur.* En protulit vltra Rhenum, ait auctor,

qui

qui vetus erat imperij terminus; idemque Galliæ & Germaniæ finis. Selandi autem non modò citra medium Rheni alveum, qui Lugdunum fertur, ſed etiam citra Moſam. Itaque fruſtra eſt, quòd eos in Gallico ſolo quærere velis. In Germaniâ haud dubiè fuêre. Hinc auctor: *Sede*, inquit, *in ſuâ ripâ*; id eſt, in vlteriore ripâ, quæ eſt Germaniæ: *mente animoque nobiſcum*; id eſt, in ripâ noſtrâ, in provinciâ Romanorum Belgica: *cetera ſimiles Batavis*; quia & ipſi Cattorum pars, vt mox demonſtrabitur, & Batavis, antequàm hi in Galliam tranſirent, finitimi; poſt etiam conſanguinei: *niſi quòd ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo & cælo acrius animantur*; id eſt, Germaniæ ſolo ac cælo, quod aſperius Galliæ cælo, acriùs item populos ſuos, quam Gallia, animabat. Ac de aſperitate quidem Germaniæ multa paſſim apud auctores: quorum vnum Cæſarem in præſens citaſſe ſatis fuerit. Is de bello Gallico Comment. I. *Futurum eſſe paucis annis*, inquit, *vti omnes è Galliæ finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum tranſirent. Neque enim conferendum eſſe Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc conſuetudinem victus cum illâ comparandam.* Tacitus igitur ſermonem de Mattiacis & Batavicis non eò coniunxit, quó eos conterminos ſibi invicem oſtenderet; ſed vti lectorē doceret, *in eodem*, quo iſti, *obſequio*, agere etiā illos, *in* eadēq; *reverētiâ*, nō metu. quia ſicut Batavi in Rom. imperij ripâ, ſic Mattiaci in ſuâ Germanię ripâ, ſocij Romanorū *nec tributis condēnebātur, nec publicano atterebātur; exempti onerib. & collationib.* Proinde malus heic Taciti interpres Ortelius, qui Mattiacos in Batavorū obſequio fuiſſe arbitratur; id eſt, ſub imperio eorum. Sed aliunde etiam argumenta adducantur, quib. vera hæc Mattiacorū ſedes firmetur. Auctor noſter Annal. II. *Nec multo poſt*, ait, *Curtius Rufus eundem honorem* (inſignia triumphi) *adipiſcitur, qui in agro Mattiaco recluſerat ſpecus, quærendis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit. at legionibus cum damno labor, ecfodere rivos, quæque in aperto gravia, humum infra moliri.*

Mattiaci trans Rhenum.

Verba Taciti de Mattiacis explicantur.

Cur Tacitus ſermonem de Mattiacis cum ſermone de Batavis coniunxit.

Argenti metalla in agro Mattiaco.

Quis malum! heic adeo imminuti cerebri atque demens fuerit, qui argenti metalla in Selandiâ quærere inſtituat; in humo tam arenoſâ, æſtuarijs marinis crebro diſſectâ? Quis item circa Daventriam & Suollam? quis in Hollandiâ ſeptentrionali inter lacus ac paludeis? Sanè nemo. Sed magna me heic magni viri ſiſtit auctoritas, Iuſti Lipſij; qui Saturnal. ſerm. lib. 2. c. 1. ad iſtū Taciti locum cōmentans: *Libri*, inquit, *veteres*, in agro Machiaco. *Igitur lego*, Maciaco, *vel* Mazyaco. *Non enim apud Germaniæ Mattiacos hæc Curtij foſſio, vt arbitrantur: ſed apud* Macas, *vel* Mazyas *Africæ populos, cui ipſi provinciæ hic Curtius præfectus*. Scilicet Lipſius vt iſta proferret, hoc Taciti loco lib. De Germ. inductus fuit: *Argentum & aurum propitij an irati dij negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venā argentum aurumve gignere. quis enim ſcrutatus eſt?* Quo loco Lipſius putat, omnino auctorem negare quemquam vel Romanorum vel alium venas argenti in Germaniâ quæſiviſſe. Sed de hoc fuſiùs ſuo loco diſſeretur. Nunc anctorem heic non Africam provinciam innuere, ſed Germanias, demonſtrare conabor. Id commodè vti fiat, ipſa Taciti verba in medium adducenda erunt. De Corbulone loquens, qui expeditionem in Friſios fecerat: *Inſignia tamen*, inquit, *triumphi indulſit Cæſar, quamvis bellum negaviſſet. Nec multo poſt, Curtius Rufus eundem honorem adipiſcitur, qui in agro Mattiaco recluſerat ſpecus, quærendis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit. at legionibus cum damno labor, ecfodere rivos; quæq; in aperto gravia, humum infrà moliri. quîs ſubactus miles, & quia plures per provincias ſimilia tolerabantur, cōponit occultas literas nomine exercituum precātium imperatorē, vt quib. permiſſurus eſſet exercitus, triumphalia ante tribueret. De origine Curtij Rufi, quem gladiatore genitū quidam prodidere, neq; falſa promſerim, & vera exſequi pudet. Poſtquam adolevit, ſectator quæſtoris, cui Africa obtigerat, dum in opido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat,*

gitat, oblata ei ſpecies muliebris vltra modum humanum, & audita eſt vox: Tu es Rufe, qui in hanc provinciam pro conſule venies. *tali omine in ſpem ſublatus, digreſſusq́ in vrbem, & largitione amicorum, ſimul acri ingenio, quæſturam, & mox nobiles inter candidatos præturam principis ſuffragio aſſequitur. cùm hiſce verbis Tiberius dedecus natalium eius velaviſſet*, Curtius Rufus videtur mihi ex ſe natus. *Longâ poſt hæc ſenectâ, & adverſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, conſulare imperium, triumphi inſignia, ac poſtremò Africam obtinuit: atq́ ibi defunctus, fatale præſagium implevit.* Ex his igitur poſterioribus verbis ſatis clarè perſpicitur, Curtium Rufum iam antea *conſulare imperium*, & *triumphi inſignia* conſequutum, quàm Africam obtinuerit. Sectator quidpe primùm quæſtoris, dein quæſtor ipſe, mox prætor quum fuiſſet, provinciam pro conſule obtinuit; in qua argenti venas recluſit, triumphique inde reportavit inſignia. hinc vero Africam poſtremo pro conſule adeptus, in quâ provinciâ defunctus. Quapropter minus rectè iſta clariſſimus Lipſius de *Maciaco*, ſive *Mazyaco*, Africæ agro, interpretatus eſt. De Germaniæ aliquo agro auctorem heic loqui, patet ex eo, quod Curtij inſignia triumphi Corbulonis inſignibus continuò mox ſubijcit: nec tamen ſingulatim monet, quâ in provinciâ ager iſte fuerit. ſcilicet quia eandem Germaniarum provinciam intelligebat, quam paulo ante Corbulo obtinuerat: cuius pars Mattiaci, ſocij, vt ante dictum, Romanorum. Sed de Mattiaco agro alios etiam audiamus auctores. Plinius lib. 31. cap. 2. *Sunt & Mattiaci*, inquit, *in Germaniâ fontes calidi trans Rhenum, quorum hauſtus triduo fervet. Circa marginem verò pumicem faciunt aquæ.* Eosdem fonteis Am. Marcellinus, *Mattiacas*, appellat, *aquas* trãs Rhenum lib. 29. Quis niſi mentis errore obſtrictus, temerè credat, fonteis hos fuiſſe in Selandiâ, aut aliquâ finitimarum regionum? quis circa Daventriam aut Suollam? quis in Hollandiâ ſeptẽtrionali

Item fontes calidi.

At quam diſertè Plinius vnà cum Tacito & Marcellino trans Rhenum nomen Mattiacum oſtendit; quod nullo modo Selandicis poteſt convenire inſulis; quidpe quæ citra citimum Rheni oſtium cunctæ pariter ſtratæ. Hæc ſi Geographi iſti vel leviter perpendiſſent, nunquàm ſanè judiciū tam abſurdum, tamq; ſtupidum, ſine vllâ ne minimâ quidem ratione, protuliſſent. Quanqum rationem adferre videtur Ortelius in Theſauro geograph. *Quia liber Notitiarum Mattiacos quoq́; Batavis ſubiungit.* Verùm neque hæc eſt ratio probabilis. Mattiaci certè illic Batavis ſubiunguntur: at milites militibus; non populus populo, nec regio regioni. Cur autem Mattiaca auxilia Batavis rectè juncta dubites, ſi vtramque nationem ſociam Romanis noueris? Cattos Cęſari, & qui hunc ſequutus eſt, Straboni dici Suevos, alibi pluribus probabimus argumentis. Ab his Vbios, Germanicam trans Rhenum gentem, diutino preſſos fuiſſe bello ex eodem oſtendemus Cæſare. Pulſos tandem Germaniâ in Galliam transgreſſos ex Strabone ac Tacito demonſtrabimus. Pulſorum agros pellenteis obſediſſe haud dubium eſt. Tacitus Annal. 1. Mattium Cattorum gentis caput fuiſſe tradit. Ptolemæus Mattiacum habet opidum Germaniæ, eodem ſitu, quo nunc Marpurgum, in Vbiorum finibus, conſpicitur. Vnde haud inſcitè colligitur Mattiacos partem quondam fuiſſe Cattorum. qui pulſis Vbijs agros eorum obſederunt. Atq; hinc eſt quod idem Tacitus, vt ante relatum, *Mattiacos* ait *Batavis eſſe ſimileis.* quia & hi Cattorum progenies. Hinc etiam Mattiaci conſanguinei à Civile Batavo appellantur Hiſtoriar. lib. 4. vbi rebellionem Batavis ſuadens Civilis, *Eſſe ſibi,* ait, *robur peditum equitumq́;, conſanguineos Germanos.* Cattos fuiſſe, & Mattiacos clarè infra eod. lib. indicat auctor his verbis: *Diſceſſerunt obſeſſores* (Magontiaci) *mixtus ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus.* Pluribus appellatos fuiſſe Cattos nominibus, id eſt, plura eorum fuiſſe genera, haud obſcurè indicat Cæſar de bello Gall. Com. 6. *Interim paucis,* inquit,

Cur liber Notitiarū Matticaos cūBatavis conjungit.

Mattiacum nūc eſt Marpurgum.

Mattiaci Cattorum progenies.

Mattiaci Batavorum cōſanguinei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

quit. *poſt diebus fit ab Vbiis certior, Suevos omneis in vnum locum copias cogere, atq́; his nationibus, quæ ſub eorum ſunt imperio, denuntiare, vt auxilia peditatus equitatusq́; mittant.* Hæ nationes nullæ aliæ eſſe poterant, quam quæ iisdem agrorum finibus includebantur. Aliæ quidpe circùm nationes, *Chauci, Cheruſci, Semnones, Hermunduri, Sicambri*, proprijs viribus validiores erant, quàm vti ſeſe illorum imperio ſubmittere voluerint. In iſtis igitur Cattorum nationibus, Mattiacos puto fuiſſe, atque Iuhones, de quibus aliàs ſuo loco prolixius. Sic item quondam Batavi ex cádem Cattorum natione, ſeditione domeſticâ pulſi in Galliam transgreſſi ſunt, antequam Iulius Cæſar Galliam pacaret. Dehinc, quum Catti Vbios pellerent, Mattiaci, atque Iuhones, alii, vt dictum, Cattorum populi, horum ſedeis occuparunt. Sed Vbios Coloniam Agrippenſem inter & Francoſurtum Germanicam coluiſſe ripam, & poſt horum in Galliam commigrationem, partem eorum agri Mattiacos inter Francofurtum, Marpurgum, & Confluenteis Moſellæ obſediſſe, alibi haud dubiis argumentis firmabimus. Cui ſolo probè convenit id, quod Tacitus de argenti metallis refert: item, quod Plinius de fontibus calidis. Quidpe metalla etiam nunc circa hæc loca fodiuntur: & nulla eſt totius Germaniæ regio, quæ crebrioribus fontibus calidis, acidulisque ſcateat, quam comitatus Naſſovius. Huc igitur iam rectè convenit hiſtoria Taciti, qui Annal. 4. rebellionem Civilis perſequens: *Dein mutati*, inquit, *in pœnitentiam primani, quartaniq́;, & duodeviceſimani, Voculam ſequuntur: apud quem reſumto Veſpaſiani ſacramento, ad liberandum Magontiaci obſidium ducebantur. Diſceſſerant obſeſſores, mixtus ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus, ſatietate prædæ, nec incruentati.* Scilicet quid finitimi inter ſe populi, facilè in vnum exercitum coire poterant, proximaque caſtra Magontiaci, à quo ſolis Rheni fluentis arcebantur, ſimul oppugnare. At Selandicarum inſularum incolæ quid heic, aut quomodo in regione CXXC. M. p. diſſitâ?

Mattiaci inter Francofurtũ, Marpurgum & Confluenteis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Aut cur in Cattorum potius exercitu, & Vſipiorum; quàm in Civilis, cum Batavis, conterminâ ſibi gente, & Caninefatibus, & Friſijs, & Gugernis (quorum ſedes inter Moſam & Rhenum amneis, Batavis proxima) in oppugnatione veterum & Geldubæ? quorum illa nunc Santen dicuntur; hæc vero Ordingen. Sed Mattiacos ab Oceano removiſſe, Germaniæque adſeruiſſe hactenus ſufficiat. Nunc Selandicas inſulas quinam mortalium antiquitùs obſederint, proximè demonſtrandum eſt.

Toxandros olim Selandicas coluiſſe inſulas, Toxandriamq́ dictam Zelandiam.

CAPVT II.

MOrinos Flandriæ maiorem partem inter Legiam Scaldemque amneis & Oceanum incoluiſſe, Menapios itē inter Moſam & Scaldem, fuſiùs ſuo oſtendetur loco. Trans-Morinos Menapiosque, quà nunc Selandicę ſternuntur inſulæ, populi olim incoluêre, quorum Cæſar meminit de bello Gall. com. 6. *T. Labienum cum legionibus trib. ad Oceanum verſus in eas parteis, quæ Menapios attingunt, proficiſci iubet.* Et paulo poſt eod. com. eademque hiſtoria: *Sed certè clam dimiſsis per agros nuntiis, ſibi quemq́ conſulere iuſsit:* (Ambiorix Eburo) *quorum pars in Arduennam ſilvam, pars in continenteis paludeis profugit. Qui proximo Oceano fuerunt, iÿ in inſulis ſeſe occultaverunt, quas æſtus efficere conſuêrunt.* Hos antea eod. com. eademque hiſtoriâ *vlteriores* Galliæ vocat. *Illi* (Treviri) inquit, *finitimos atq́ Germanos ſolicitare, & pecuniam polliceri non deſiſtunt. Quum ab proximis impetrare non poſſent, vlteriores tentant: inventis nonnullis civitatibus iureiurando inter ſe confirmant, obſidibusq́ de pecunia cavent.* Nomen ipſis Cæſar nullum tribuit. At Plinius lib. 4. c. 16. Toxandros hoc loco ponit, quod

Selandicarum inſularum Cæſar meminit: at ſine nomine.

quod nomen an Cæſaris item ævo obtinuerint, néc ne, haud facilè dixerim. Germaniæ fuiſſe originis ex eodem patet Plinio: cuius verba paulo obſcuriora ne in dubium trahantur, explicanda hoc loco cenſeo. lib.4.c.13. *Totum autem*, inquit, *hoc mare ad Scaldin vſq; fluvium Germanicæ accolant gentes.* mare ſcilicet Septentrionale, ſeu Germanicum. Igitur quia Germanos ad Scaldin vſque protulit, poſteà cap.16. eiusdem libri, Belgicam Scaldi terminat. *Gallia*, inquit, *omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus diſtincta. A Scaldi ad Sequanam Belgica.* Eam tamen partem, quæ eſt inter Rhenum Scaldimque nihilominus Belgicæ provinciæ poſtea tribuit. Quidpe populos Belgicæ recenſurus: *A Scaldi extra*, ait, *Toxandri pluribus nominibus, deinde Menapij Morini.* A Scaldi extra inquit; quia ante Scaldi Belgicam provinciam finiverat. Et quamvis paulo obſcurior hæc, duriorque phraſis; tamen quia Menapij extra Scaldim, id eſt, inter Scaldim & Rhenum fuerunt; Toxandros etiam inter eadem flumina incoluiſſe credere licet. Quin etiam mox infra Gugernos & Batavos in Belgicâ recenſet; qui tamen extra Scaldin fuêre. *Rhenum autem*, inquit, *accolentes Germaniæ gentium in eadem provincia* (Belgica) *Nemetes, Triboci, Vangiones: hinc Vbij, Colonia Agrippinenſis, Gugerni, Batavi, & quos in inſulis diximus Rheni.* At eadem regione, quâ nunc Selandi ſunt, olim incoluiſſe Toxandros, inde probatur, quod Cæſar ad Oceanum eos collocat. Plinius itidem in litore, inter Scaldim, Batavos, & Menapios. Limites autem Menapiis ac Morinis ſuo loco deſcribemus, quum de ijs ſermo erit. Menapios attigiſſe Toxandros diſertè teſtatur Cæſar, loco paullo ante citato. Morinis item finitimos fuiſſe patet ex his verbis: *quorum pars in Arduennam ſilvam, pars in continenteis paludeis: qui proximis Oceano fuerunt, ij in inſulis ſe occultaverunt.* In Arduennam ſilvam fugerunt Nervij: ad quos ſilva pertinuit. In continenteis paludeis Morini; quorum iſtas fuiſſe ſuo loco demonſtrabitur.

Toxandri nunc ſunt Selandi.

Ergo proximi & Oceano & paludibus iſtis fuêre Toxandri. Ab Occidēte ſolis ęſtivi mari Oceano claudūtur. à Septētrione Batavis; à quib. Moſâ flumine dividebantur, vt poſteà in Batavis docebitur. *In inſulis ſeſe occultaverūt*, inquit Cæſar, *quas æſtus efficere conſuerunt*. Continens igitur terra Selādia anteà fuit; nec niſi majoribus Oceani æſtubus interfuſa: quod vocabulum *cōſuerunt* diſertè indicat, aut ſanè (ſi ſic malis interpretari) acceſſu maris fiebant inſulæ, receſſu iterum continens. Huic tamen verbo *conſuerunt* adverſari videntur alia Cæſaris verba com. 4. perſcripta: *Vbi Oceano appropinquat* (Rhenus amnis) *in plureis diffluit parteis, multis ingentibusq́; inſulis effectis: quarum pars magna à feris barbariſque nationibus incolitur: ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur; multiſque capitibus in Oceanum influit*. His verbis inſulas Selandicas, hiſque proximas Hollandicas, ipſiusque Hollandiæ partem, quæ Batavorum fuit Inſula, intelligi, haud obſcurum eſt. quidpe multas ingenteiſque inſulas Rhenum ait efficere. At vnam ſolam Batavorum inſulam effeciſſe flumen id Cæſaris ævo, ex Tacito, vt poſt probabitur, colligas. Quid igitur ille multas? nec multas ſolùm, ſed ingenteis? Non me fugit imperitiores veteris geographiæ hiſtoriæque verba hæc ad totam Hollandiam, Geldriæque partem, quatenus Iſelâ flumine terminatur, & inſulas Hollandiæ, Friſiæque, **Texel / Vlielant / Schelling / Amelant** flectere; his maximè verbis ductos: *ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur.* quod inſulæ tribuunt, quæ vulgari vocabulo **Eyerlant**: id eſt, Ovorum inſula dicitur. Scilicet, ſemper illi nudam nominis ſimilitudinem, aut alluſionem ſequuntur, rei ipſius conſideratione neglectâ. An non meminiſſe hoc loco oportuit, multis annis poſt, quàm Cæſaris commentarij conſcripti fuerunt, Druſum foſſam, Rhenum inter Iſelamque amneis duxiſſe, quâ tandem iſta Hollandiæ Geldriæque pars Rheno velut inſula incluſa eſt? Si Druſus primùm incluſit, quî Cęſar ſomnia-

Selandia anteà continēs terra.

re po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

re potuit, Druſum id facturum; inſulasque ibi fore, quarum vna nunc **Eyerlant** appellatur? At quomodo igitur Cæſarem cum alijs auctoribus conciliabimus? Omnes quidpe reliqui auctores Vahalis alveo, Moſæque oſtio Rhenum ab Occidente terminant, nec vltra quidquam ei in Selandicis inſulis tribuunt. Conciliatio facilis eſt. Res ſic ſe habet. Primùm Cæſarem has parteis vnquam ipſum adijſſe haud vſquam ex cōmentarijs eius, alióve Scriptore erueris. Non adiiſſe ſeſe, teſtatur ipſe hoc vocabulo *exiſtimantur*. Nam ſi ipſe adijſſet, rem ſuis ipſius oculis compertam audacter adfirmare potuiſſet; non vero vulgi opinione definire. Tabulam tamen habuiſſe videtur geographicam, quâ Galliæ regiones deſcriptę fuêre.

Cæſar nunquam in Selandicas inſulas penetravit.

Hac igitur inſpectâ, quum crebris æſtuarijs Toxandrorum ſolum diſtinctum foret; quorum quædam Moſæ etiam jungebantur, Moſa autem Vahali, Vahales Rheno; omnia iſta æſtuaria, Rheni alveos eſſe exiſtimavit: per quos in plureis parteis diffluere amnem, multisque capitibus in Oceanum influere dixit. Eodem autem errore, ex inſpectione tabulæ geographicæ hauſto, Scaldis oſtium ab Moſæ oſtio non diſtinxit; ſed quum flumina hæc æſtuarijs inter ſe jungerentur, *Scaldem influere in Moſam* tradidit com. 6.

Cæſar Rhenū, Moſam, & Scaldim confundit.

Eodem item tabulę geographicę errore Ptolemæus Moſę oſtium aliud ſtatuit ab tertio Rheni oſtio, ſive Occidentali, quod verum Moſæ eſt oſtium. nec vſpiam Moſam Rheno junxit.

Ptolemæus malè occidētale Rheni oſtium à Moſæ ore ſeiūgit.

Quidpe ſi Ptolemęi tabulas diligentiùs inſpicias, alveum Moſæ deſcriptum deprehendas hoc ſcilicet tractu: A flumine, quod vulgo nunc **Dommel** appellatur, juxta pagum **Bochoven**/ veteri Moſæ alveo, quem **oude Maes** vulgo vocant, ad opidum vſque Gertrudebergam; inde ripâ lęvâ, quæ eſt ab hoc opido verſus Occaſum, mox euripo, vulgo **de Roo Vaert** dicto, dein alio euripo, vulgo **Crammer**. mox item alio, vulgo **de Zype**. hîc tandem vero Scaldis nomine, atque alveo, qui eſt inter inſulas Selandię, Scaldiam (vulgo dicitur **Schouwen**) & **Noortbe-**

Moſæ alvei deſcriptio ex Ptolemæo.

verlant, atque inde inter dictam inſulam **Schouwen** & **Walcheren** / eiusdem Scaldis alveo & ore, quod **Roompot** vulgo nuncupatur. Hac igitur ratione Moſæ nomen tradidit Scaldis oſtio: Scaldis autem nomen, quod illi Tabuda eſt, alveo, qui nunc pars Scaldis vulgo **de Honte** fluvius dicitur, & freto, quod eſt inter **Walcheren** inſulam & proximam Flandriæ continentem. Eodem etiam errore tabulæ geographicæ deceptus Plinius, Scaldis oſtium idem cum Ptolomęo facere videtur; Scalde quidpe Morinos vt anteoſtenſum, à Toxandris diſtinxit. Cæſar autem omneis iſtos inſulareis à Morinorum nomine ſegregat. Sed Cæſari, qui primus harum partium deſcriptionem Romanis tradidiſſe videtur, tabulam geographicam impoſuiſſe, vti ęſtuaria à veris fluminum alveis diſcernere nequiverit, ex ijs, quę modo dicta ſunt, ſatis liquet. Rectè tamen, ac verè ab eodem vocabulum hoc, *conſuerunt*, ſcriptum puto, æſtuariaque illa alternis Oceani æſtubus, modo repleta, modo vacua ejus tempeſtate fuiſſe judico: (id enim ęſtuaria propriè dicuutur) ita vti vel pedibus tranſire potuerint. Namque id ni fuiſſet, ne quidquam certe Cæſar T. Labienum (quem ex Eburonibus in has parteis ad inſequendos hoſteis, huc ſeſe occultanteis, cum tribus legionibus miſerat) poſt ſeptimum diem, ad Advatucam Eburonum opidum (Tungros nunc dici ſuo loco oſtendetur) redire iuſſiſſet. Navibus quidpe, aut pontibus, quibus in inſulas tranſiret, opus fuiſſet: quæ tam exiguo temporis ſpatio parari nequibant; vtique quum haud modica præſtitutorum dierum pars in itinere vltro citroque abſumenda foret. At Tacitus quoque *æſtuaria* hoc loco *recenſet*; cuius verba Annal. 11. integra apponantur. *Per idem tempus*, inquit, *Chauci nullâ diſſenſione domi, de morte Sanquinij alacres, dum Curbulo adventat, inferiorem Germaniam incurſavêre, duce Gannaſco, qui natione Caninefas, auxiliaris, & diu meritus, pòſt transfuga, levibus navigiis prædabundus, Gallorum maximè oram vaſtabat, non ignarus dites & imbelles eſſe. At Corbulo*

Plinius quoque ab Scaldis ore aberravit.

Æſtuaria inter Selandicas inſulas pedibus quondam pervia.

11. 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

provinciam ingreſſus magna cum cura, & mox gloria, cui principium illa militia fuit, triremos alveo Rheni, ceteras navium, vt que habiles, per æſtuaria & foſſas adegit: lintribusq; hoſtium depreſſis, & exturbato Cannaſco vbi præſentia ſatis compoſita ſunt; & quæ ſequuntur. Quæ verba de æſtuarijs atque foſſis, ne quis ad Druſianam foſſam, & lacum Flevum, qui vulgo nunc dicitur **de Zuyder Zee**/referat, moneo. aliud quidpe ſunt æſtuaria, aliud lacus: aliud item foſſæ, aliud foſſa. At Gannaſcus, *Gallorum maxime oram infeſtabat*; quæ terminabatur medio Rheni alveo, Lugdunum Batavorum, ſive Leidam alluente, vt infra oſtendetur. Igitur vti quàm proximo itinere Corbulo claſſem adverſus Gannaſcum educeret, Rheni alveo medio (id, ne cui mirum videatur, quum tenuis nunc admodum ſit, poſt explicabimus) & Vahali quędam navigia, dein alia Moſæ oſtio, alia æſtuarijs ac foſſis, quibus Toxandrorum ſolum, vt modò dictum, ſciſſum erat, adegit; vti ita pluribus ex partibus diſperſa claſſe Gannaſcum circumveniret. Quasnam autem foſſas heic auctor innuat, haud facilè diſpectu eſt. Veriſimile tamen eſt, quum incolæ aſſiduis Oceani æſtubus ſcindi ſolum ſuum moleſtè ferrent, ei rei vti aliquâ ex parte obviarent, foſſas paſſim egiſſe, quibus æſtus exciperentur, ne agros ſatui pręparatos ſuperfluerent. Hinc poſteà factum, vti Oceanus Germanicus, quum in totum Germaniæ litus vehementiùs irrueret, facilè etiam hoc ſolum latis atque altis fretis diſcerperet. Id quod neque Cæſaris, neque Taciti tempeſtatibus factum. neque Plinij, qui nullas heic recenſet inſulas; ſcilicet quia nullæ veræ inſulæ erant: ſed continens terra, vt ante dictum, æſtuarijs diſtincta. Ceterum Plinius Toxandros tradit pluribus nominibus. videlicet quia ſingulis inſulis ſingula nomina: Alioquin gens vna in tam arcto terrarum ſpatio in plura dividi genera haud facilè poterat. Toxandrorum autem inſulis accenſendæ quoque ſunt Hollandię inſulæ auſtrinæcis Moſam amnem; cuius veterem alveum, infra in Batavis accu-

Toxandrorum tot genera, quot inſulæ.

ratè demonſtrabimus. De origine gentis incelebratæ, nihil habeo, quod memorem. de rebus quoque geſtis nil niſi quæ ſupra ex Cæſare citavi. nempe à T. Labieno, Cæſaris legato, gẽtem perdomitam. Opida neque tunc, neque multis ſeculis poſt habuêre. De Middelburgo & Fliſſingâ, quod fertur, quaſi hoc ab Vliſſe (Vliſſingen quidpe incolis ſcribitur, per V. conſonantem) Oceanum pererrante, inque has parteis delato; illud vero à Metello Celere, Galliæ proconſule, condita forent: delirantium nugæ, anileſque ſunt fabulæ. Fliſſingam non ab Vlyſſe, ſed ab lagenâ, quæ incolis dicitur Vleſſe, ſive Fleſſe, nomen accepiſſe, ipſa opidi teſtantur inſignia. Middelburgo autem nomen dedit ſitus: quia in mediterraneis; ſive in medio reliquorum opidûm, quæ in litore ſternuntur, poſitum eſt. At caſtra poſtmodùm Romanorum in his Toxandrorum inſulis fuiſſe vehementer ſuſpicor. Plinius lib. 4. cap. 12. *Enumeratis Rheni inſulis, quæ ſternuntur*, inquit, *inter Helium & Flevum. Ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab occidente in amnem Moſam ſe ſpargit.* Flevum vnde appellatum fuerit, ſatis clarè infra patebit; nempe ab ipſis lacubus & eſtuarijs in quæ diſpergitur. Helium autem vnde dictum, haud facile diſpectu eſt. Scrutari tamen lubeat. Imprimùm idem eſſe quod Moſæ oſtium, ſupra monuimus, & infra fuſius demonſtrabimus. Hoc Tacitus, inſulam Batavorũ quàm curatiſſimè, & res circa geſtas deſcribens, nunquàm niſi Moſæ os appellat. Nec alibi Helij nomen reperitur, niſi apud Plinium. Vnde haud immeritò ſuſpicari licet, non tam ipſius oſtij id nomen fuiſſe, quam pagi alicuius, ſive caſtelli iuxta ſiti: à quo tamen ipſum os interdum cognominabatur; licet vnum Moſæ vocabulum indicando ſufficeret. Ad ipſum Rheni nomen, id eſt, ad medij alvei os fuiſſe caſtra, item alia ad Flevum oſtium & caſtellum cognomine, infra oſtendetur. Ad tertium igitur, id eſt, ad Moſæ os, itidem Romanorum fuiſſe caſtra ſi dixerim, haud ineptè fortaſſis coniecerim. Quin firmare hanc vide-

Opida Toxandri nulla habuere.

Fliſſingæ & Middelburgo opidis vnde nomen.

Helium caſtra Romanorum in Toxandrorum inſulis.

videtur conjecturam Florus lib.4. cap.12. vbi de Druſi in Germaniâ bellis verba faciens: *In tutelã*, inquit, *provinciarũ præſidia atq; cuſtoditas vbique diſpoſuit per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. Nam per Rheni ripam quinquaginta amplius caſtella direxit.* In ſuperiore Moſæ ripâ haud opus habuit; omnib. ibi Gallis pacatis & dicto audientibus. In inferiore autem amnis parte contra ferocis Menapiorum, Toxandrorumque nationes, item contra Friſiorum vicinitatem, vti ſatis tuta provincia Belgica foret, adeoque ipſa nimia Batavorum animoſitas in officio vti contineretur, miles præſidiarius imponendus erat. Præſidiorum verò ſive vnum, ſive plura fuerint; tamen nullum commodius nec aptius, quam quod oſtio fluminis appoſitum, quemadmodum ad ipſum Rhenum & Flevum; quo terra ſimul & mare defenderentur. Sed age, ſi fuiſſe heic præſidium evincimus: alterutra ripa indicetur, quæ id ſuſtinuit. In dextrâ ripâ, id eſt in Batavorum inſulâ non fuiſſe hinc conijcio, quod Tacitus Hiſtor.4. vbi ſex in-inſulâ caſtella ad Rhenum à Caninefatibus, Friſiis, ac Batavis oppugnata tradit, de illo nullam facit mentionem. Quod ſi extitiſſet, haud dubiè & oppugnatum fuiſſet à dictis populis, & à Tacito memoratum. Lævæ igitur ripæ, id eſt, Toxandris concedendum eſt, quo ſitu nunc **Briel** opidum cernitur: aut paullo inferius. Quin pagus in eiusdem inſulæ aversâ ripâ **Helvoet**/ IV. M P. ab opido **Briel** diſſitus, cognomen inde traxiſſe videtur. Ceterùm Toxandriæ nomen legit Ortelius apud Plinium, & Ammianum Marcellinum. Ad Plinium quod attinet, falſo Ortelius apud hunc Toxandriæ vocabulum legendum coniecit ex Ammiano. quidpe ipſe Plinius nusquam, niſi loco antecitato, neque gentis, neque regionis meminit. Dicto autem loco gentem voluiſſe, non vero regionem, præcedens conſequensque convincit oratio. Populorum enim nomina totius Belgicæ refert, non regionum. Apud Ammianum vocem *Toxandriam* reperio. Quam ſive corruptam librariorum incuriâ, ſive verè ſic

ab auctore perſcriptam, ab Toxandrorum gente in originem duxiſſe haud dubito. Plerique geographorum hujus ævi, pagum nunc Leodiacenſis diœceſis interpretantur Teſſenderloo/haud procul Demerâ flumine, & duobus opidis Dieſt ac Sichenen ſitum: ejusque vocabuli ſimilitudine ducti, Toxãdros Plinij hoc ſitu, in medijs (quod ſuo oſtendetur loco) Menapiorum finibus collocant. Quâ in re neque Plinij, neque Ammiani mentẽ ſatis adſequuntur. Ille namque quo ſitu Toxandros ſuos collocet, ſupra ſatis ſuperque demonſtratum. hìc vero Toxandriã prope ripã, vel Moſæ, vel Rheni ponit. Quod apertius vti convincatur, ipſa auctoris verba in mediũ adducenda erunt. Libro igitur 17. vbi Iulianum Cæſarẽ à Pariſijs adverſus Germanos, citeriorem Rheni ripam obſidenteis, expeditionem moviſſe narrat: *Quibus*, inquit *pacatis, petit primos omniũ Francos, eos videlicet quos conſuetudo Salios appellavit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxandriam locum habitacula ſibi figere prælicenter. Cui cum Tungros veniſſet, occurrit legatio prædictorum, opinantium reperiri imperatorem etiam tum in hybernis, pacem ſub hac lege prætendens, vt quieſcentes eos tanquã in ſuis nec laceſſeret quisquam, nec vexaret. Hos legatos, negotio plene digeſto oppoſitaque conditionum perplexitate, vt in iiſdẽ tractibus moraturus dum redeunt, muneratos abſolvit. Dictoque citius ſequutus profectos, Severo duce miſſo; per ripam ſubito cunctos aggreſſus, tanquam fulminis turbo perculſit: iamq́; precantes potius, quam reſiſtentes, in opportunũ clementiæ partẽ, effectu victoriæ flexo, dedentes ſe cum opibus, liberisq́; ſuſcepit.* En, quænã hęc ripa? Nulla ſcilicet, niſi magni fluminis: quod vel hac voce ſatis notum. Salios Iuliani tempeſtate Batavorum tenuiſſe inſulam, author eſt Zoſimus lib. 3. eandem, quam Ammianus, hiſtoriam referens. Ergo ripam heic intellexit Ammianus vel Moſæ, vel Vahalis; non vero Demeræ amnis, longè á Batavorum inſula diſſiti. De Toxandriâ autem ipſe memorat, quod de Batavorum inſulâ Zoſimus: non quia eadem regio: ſed

quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

quia proxima, ac ipſa quoque à Saliis occupata: ſcilicet Selandia; quam Toxandros jam Plinij ætate tenuiſſe ſupra comprobavimus. Locum autem Ammianus quod appellavit Toxandriam, non vero regionem, ſeu terram, nihil eſt, quod te turbet. quidpe Græcus homo, Latinæ elegantiæ minus gnarus, locum appellavit, Græcâ phraſi, quæ regio erat integra. Sic Strabo quoque lib. 7. de vniversâ Bojohæmiâ loquens: εἰς ὃν, inquit, ἐκεῖνος τόπον ἄλλους τε μετανέστησε πλείους, καὶ δὴ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ Μαρκομάννους. Id eſt, *In quem locum ille* (Marobodus) *cum alios complureis tranſtulit, tum populareis ſuos Marcomannos.* Toxandri igitur dicti ſunt Plinio populi, qui nunc Selandi; & Toxandria regio Ammiano, quę nunc Selandia. Atque hæc ferè ſunt, quas de remotiore Selandiæ antiquitate, ex veterum monumẽtis erui potuerunt. Nunc ad ipſos transgredi Batavos fert animus.

De Batavis. ac primum de iis, qui Batavorum agros hoc noſtro ævo deſcripſerunt: item falſo Bataviæ nomen antiquis auctoribus adſcribi.

CAPVT III.

TOxandris atque Menapijs jungebantur olim à Septentrione Batavi, extrema Galliarum obſidentes, quà Oceanus & Rhenus amnis Galliam Belgicam alluũt: gens omnium Germanici nominis cis Rhenum nobiliſſima, atque fortiſſima. Horum ſedẽ variè varij deſcripſerunt. nec ferè quisquam rectè. etiam ſummæ eruditionis ac pręſtantiſſimi ingenij viri; &, quod magis mirêre, plerique Belgæ, imo Batavi fœde hallacinati ſunt. Neque injuriâ. quidpe quum Annalium ſuorum immanè fabuloſis hiſtorijs fidem nimis temerè tribuerent, atque ſupra veterum auctorũ ſcripta extollerent, opinionesq; ſuas inde probare niterentur; neceſſario à veritatis tramite deflectere eos oportebat. Hinc nobis ſumma cura, maximusq; labor relictus eſt. Nec licet diſputationem hanc inenodatam

Batavorum ſedes à plerisque malè hactenus deſcripta.

transmittere, quum plurimum de Batavis, eorumque ſolo apud veteres, maximè vero apud Tacitum ſcripto proditum ſit. Ecquis vero æquo animo patiatur, populi bellicoſiſſimi ſolum tam celebre ignorari, aut falſo ſciri? Mihi ſanè pudor ſit, adeoque nefas, quum tanta huius terræ, tamque varia in me exſtent merita, vti referre gratiam ſatis haud vnquam me poſſe ſperem, exiguam hanc operam, quam vltro alijs præſto, ingrato animo denegare. vtique quum præſtare queam. quidpe & ſatis diu hiſce in oris verſatus ſum, & omnia quæ ad hanc rem ſpectant, diligentiori oculo rimatus: adeo, vti haud vlli indigenarum hac de re quidquam facilè conceſſerim. Proinde lubens hunc laborem ſuſcipiam; ſummaque, quoad eius fieri poterit, curâ, diligentiâque veros ac germanos gentis fineis, qui hactenus pleroſque eos, qui commentatione ſuâ noſtros labores prçceſſerunt, latuiſſe aut fugiſſe videntur, inveſtigabo. Quanquam vnus ante nos fuerit *Gerardus Noviomagus*, qui nobis hunc laborem prçhaurire prorſus omnem potuiſſet, ſi copioſius ijs de rebus diſputaſſet, pluribusque demonſtraſſet argumentis, de quibus vir doctus atque eruditus recte ſenſit. Sed dum is brevitati, quam profitetur, nimiùm ſtuduit, locum reliquit *Cornelio Aurelio Batavo* adverſus ſe libros duos de Bataviâ componendi. At infelix hic ſcriptor, quid attulerit, aut quid vnquam adferre potuiſſet, ſi maximè laboraſſet, quo illum erroris vel minimi conviciſſet, haud equidem video, neque percipio. Leviter duntaxat ſcriptum eius, ſi inſpicias, nihil ineptiùs, nihil pueriliùs, nihil delirantiùs dici vel ſcribi poſſe deprehendas. Anilibus annalium ſuorum fabulis, quas omnibus antiquis hiſtorijs prætulit, veterum ſcriptorum auctoritatem atque fidem ſe poſſe pervertere, ac peſſumdare, temerariâ ac præfractâ audaciâ confiſus eſt. O frontem hominis! Adeóne ludere in rebus tam ſerijs tamque religioſis licuit aut lubuit? Sed quid multa? οὐδὲν ὑγιές; totum vitioſum. Scipionem profecto veluti edentuli, trepidosque ac dubios greſſus decrepiti repueraſcentisque

Vnus Gerardus Noviomagus recte Batavorum agros deſignavit.

Corn. Aurelius fabuloſus ſcriptor.

tiſque ſenis, ac cerebri nimiâ annorum gravitate imminuti, mera deliramenta ſonant vel ſingula verba eius : digna ſanè quæ omnium irriſione ludantur. Sed nimis multa ego de his, quę vno verbo indicaſſe ſatis erat. Quęret fortè interim quispiam, quum ego vnum Gerardum Noviomagum tantopere commendem, quidnam de Hadriano Iunio, tantæ famæ, tantique nominis auctore ſentiam. Quæſtio ſanè haud abſona, nec iniqua; quãdo in tanta exiſtimatione opus eius de Batavia hactenus fuit, vti ferè pro ſingulis oraculis, ſingulæ ſententiæ, atque opiniones eius habitæ ſint. Dicam ego tamen, quid ſentiam; & dicam liberé. Equidem errores ejus complureis lectori meo commonſtrare, & convincere vti queam, haud quidquam vereor. Illud maxime vereor, vti conſilium meum viris doctis, atque eruditis ſatis probare poſſim, quòd tantæ auctoritatis viro me opponere, & contradicere auſus ſim. Quidpe quum adeo inveterata cuique ſit de hoc ſcriptore in propenſiorem partem opinio; difficile fuerit, ad aliam ſententiam erranteis traducere. Attamen non dubitabo ego, quod alibi perſcripſi hoc loco repetere. Cuique me in arte ſuâ lubenter credere. Itaque ſi de arte medicâ, cuius peritiſſimum Iunium fuiſſe ſcio, quamque ille potiſſimè profeſſus eſt, heic ageretur; facile ei omnia, tanquam magiſtro artis concederem. Nunc vero, quum in eâ notitiâ diſputatio verſetur, quæ ejus ſtudij non erat propria, ſed πάρεργον: non verebor ego, qui vni hiſtoriarum ac geographiæ veteris ſtudio me jam inde à prima juventute totum dedidi, atque dicavi, veritati hiſtoricæ ac geographicæ, contra errantem medicum patrocinari. Quod felix fauſtumque vti ſit, & Batavorum veterum ſedi, cujus bono publico hæc accuratiùs ſcribuntur, glorioſum, Deum opt. max. precor veneror que.

Had. Iunius omnium peſſime Batavorum fineis notavit.

Iam primum omnium id Lectorem meum monitum volo; ipſum terræ BATAVIÆ vocabulum, quod poſterioris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ſeculi homines vſurpandi conſuetudine introduxerunt, nuſquam apud quemquam vetuſtiſſimorum ſcriptorum reperiri. Ceterùm vt dicimus, in Salentinis, in Brutijs, in Hirpinis, in Marſis, in Allobrogibus, in Biturigibus, in Rhemis, in Treviris: ſic in Batavis, vbi ſolum Batavorum deſignare velis, rectius dixeris cum Tacito hiſt. 2. Et vti agrum Picenum, agrum Lucanum, agrum Mattiacum, ſic Batavum agrum eundem dixiſſe reperias Annal. 2. At quia major pars agri Batavi inſulâ Rheni amnis continebatur, inſula hæc Batavorum nuncupata eſt. Quod ſi quis tamen per analogiam, vt Pannoniam à Pannoniis, & Daciam à Dacis, Rhętiam vero à Rhætis, ſic Bataviam à Batavis vſurpare velit; nos non repugnamus, neque impedimus, quo minus id cuique pro libitu liceat; modo ne quis lectori rudi, ſeu imprudenti pervicaciter imponat, recens vocabulum pro antiquo venditando. quod Iunio factitatum videmus. Atque hic equidem etymologiam vocabuli in principio mox libri ſui adfert, à Batone, principe regni, regio Cattorum ſanguine orto, dictam arguens Bataviã Germanicâ linguâ, quaſi **Batonshave**/ id eſt, Batonis peculium: quia ille agrum hunc, cum popularium manu ex Cattis egreſſus, atque in has oras delatus, vacuum cultoribus primus obſederit. Eiusq; rei teſtem atq auctorem citat Tacitũ his verbis: *Huic verò rei atteſtantur auctores, quos inter præcipuæ fidei Tacitus, qui Cl. Civilem ex poſteris Batonis regiâ ſtirpe editum cõmemorat; vnde non temerè hanc inſulam nobiliſsimam Plinius appellat.* Scriptorẽ certè Iunius citat ſatis locupletẽ, optimeq; fidei; cuius verbis vel minimum derogare haud vnquã quisquã judicavit. Verùm hujus exemplum ſi diligenter vſquequaque ſequutus fuiſſet, nunquã ſanè eò profectus foret, vti verba ei tribueret, quæ nuſquam in libro ſuo perſcripſit. Etenim, vbi, quæſo, ille vnquam Batonis, vel Catti, vel Batavi nomen legit apud Tacitũ? profecto nusquam. Locus Taciti, vbi Cl. Civilem regiâ ſtirpe ortum teſtatur, huiusmodi eſt Hiſt. 4. *Iulius*

Paulus

Paulus, & Claudius Civilis, regiâ ſtirpe multò ceteros(Batavos) *anteibant.* Vbi de Batone litera prorſus nulla exſtat. Quę igitur hæc eſt graviſſimum auctorem corrumpendi licentia? At ſi Batavia jam inde à Batone, primo (vt probat ex Annalibus ſuis Iunius)gentis Batavæ conditore appellata fuit; quî, rogo, fieri potuit, vti veteres ſcriptores Græcos pariter atq; Latinos omneis nomen tã vulgare atq; celebre lateret? quidpe neq; Cęſar, neq; Plinius, neq; Tacitus, nec quiſquam alius, aliter quam Batavorum inſulam, & Batavorum agrũ, ſolum hoc vocitarũt. Quod ſi Zoſimum citare Iunius velit, qui Bataviæ nomen diſerte lib. 3. perſcripſit: Sciat eo ſeculo hũc fuiſſe, quo jam multa, imo pleraque nomina regionum ac populorum pravè immutata fuerunt. id quod hiſtoriarũ ſtudioſis patet: & nos alias copioſius monebimus. Quod vero Iunius nobiliſſimã hãc inſulã putat appellatam à Plinio, quia Bato & Civilis regia erant ſtirpe, in eo longiſſimè aberraſſe hominẽ arbitror. Quidpe ſi vnaquæq; regio, vel terra, nobiliſſima appellãda foret, in quâ regiâ ſtirpe, ſive privatus quis ageret, ſeu imperium obtineret; ꝑfecto nullum prorſus apud rerum auctores regionis nomẽ vſquã inveniretur, cui epitheton hoc non appoſitum ſit. At Plinium nobiliſſimam dixiſſe inſulam, quaſi notiſſimam inter reliquas Rheni inſulas, quæ fuêre Friſiorum & Marſatiorum, nemo in dubium vocaverit, qui res eorum geſtas Tacito alijsq; ſcriptoribus concelebratas legit. Sic idẽ Plinius lib. 4. c. 13. inter 23. litoris Germanici inſulas Roman. armis cognitas, nobiliſſimas ait eſſe Burchanã, Gleſſariã & Actaniã. Pergit equidẽ Iunius, Batonisq; nomẽ inter Germanos, & Dalmatas celebre olim fuiſſe teſtatur, nominatimq; duorũ meminiſſe ait Dionẽ, Batonis Pannonij, ac Batonis Dalmatæ. Sed quodnã hoc argumentationis genus? quia in Pannonijs ac Dalmatis Batonis nomen fuit; ergo etiam in Germanis. Scilicet vt ſupra Tacito, hic Dioni rem falſam adfingit. Apud Germanos fuiſſe Batonis nomẽ vulgare in nobilitate ex nullo veterum auctorum

Bataviæ nomen apud vnum Zoſimum poſterioris ſeculi ſcriptorem.

Batavorum inſula, cur nobiliſſima à Plinio dicta.

probabitur. Pannonius autem & Dalmata Batones nihilo magis ad Batavos pertinent, quam Bructeri Friſijs contermina quondam gens, ad Prutenos, ſive Pruſios, & Rutheni Galliæ populus apud Cæſarem, ad Ruſſos, quod ineptum geographorum vulgus adfirmat. Quod ſi à nominis alluſione deducenda eſt vetuſtas gentis cujuslibet, cur non à Batto Cyrenenſium conditore, potius id Iunius deduxit, quò vetuſtior origo gentis apparuiſſet? Sed habeat ille ſuum ex Annalibus ſuis Batonem, ametque ac veneretur. Nos ſane omnis antiquitatis religioſiſſimos vbique nos profitemur obſervatores, cultores, defenſores. Aurelij quoque Cornelij auctoritas, qui Bataviam à profunditate Romanis dictam adfirmat, riſu transmittenda eſt. Scilicet ex ſuo ſibi cerebro finxit nomen à Græco vocabulo βαθὺς, quod profundum ſignificat. Quod ſi nomen aliquod peculiare inſula habuit, quo ipſi incolæ eam appellarunt; certè non à **Batonshave**/id eſt, Batonis peculio, id fuit Bathavia (quod nomen nullibi reperias) ſed ab ipſa gente Batavorum **de Batauw** ſive **Bataw**: vnde etiam apud Reginonem & Aimoinum nomen Batuæ obtinet; quo vocabulo ruſticis: id eſt, incolis, Batavorum inſulam nuncupatam ſuo ævo adfirmat Aimoinus. Hinc etiam nunc ſuperior inſulæ pars incolis dicitur **de Betaw**/ſive **Betow**, ſive **Betuwe.** Ceterum Παζαούων vocem mendosè ſcriptam apud Dionem lib. 54. quia apud eundem auctorem lib. ſeq diſertè τῶν Βαταούων, & τῆς Βαταούας νήσου nomina leguntur. Dionem autẽ variaſſe ſcripturam, haud veriſimile eſt. De nomine hæc ſatis puto. Nunc, ne in longum procedat oratio, ad inſtitutum progrediar.

vs

De ſitu inſulæ Batavorum in genere. Dein de longitudine eius: ſive de initio ac fine.

CAPVT IV.

BAtavi igitur agri fines vti melius faciliusque cognoſcantur, inſulæ Batavorum ſitus atque circuitus primo loco aperiendus erit. In quo haud exiguum laboris nequidquam inſumſiſſe video viros doctos, qui eâ de re ante nos commentati ſunt. Rhenum hanc inſulam efficere, & mare Oceanum teſtatur inter alios Tacitus haud ſemel in ſcriptis ſuis. Ac quidem libro De Germaniâ: *Batavi*, inquit, *non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt.* Et clarius Hiſt. 4. *Batavi donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſticâ pulſi, extrema Gallicæ oræ, vacua cultoribus, ſimulq; inſulam inter vada ſitam occupavêre, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.* Item Plinius hiſtor. natural. libro 4. cap. 12. *In Rheno ipſo*, inquit, *propè centum millia paſſuum in longitudinē, nobiliſſima Batavorum inſula.* Plutarchus in Othone: τοῖς δὲ μονομάχοις, inquit, ἐμπειρίαν τε καὶ θάρσος ἔχειν πρὸς τὰς συμπλοκὰς δοκοῦσιν ἐπήγαγεν Οὔαρος Ἀλφηνος τοὺς καλουμένους εἰσὶ δὲ Γερμανῶν ἱππεῖς ἄριστοι, νῆσοι οἰκοῦντες ὑπὸ τοῦ Ῥήνου περιρρεομένην. id eſt: *In gladiatores, qui peritiâ & animo ad aggrediendum habebantur inſignes, invexit Varus Alphenus Batavos. Hi equitum Germanorum ſunt præſtantiſſimi, inſulam incolentes Rheno circumfluam.* Et Dio Caſſius lib. 55. Χένοι τε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βαταύων, ἀπὸ τῆς Βαταύας, τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ, νήσου ὄνομα. id eſt: *Item equites alienigenæ extraordinarij, quibus Batavorum eſt nomen, à Batavâ Rheni inſulâ.* Item Zoſimus lib. 3. Καὶ τῇ Βαταβίᾳ προχόντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου. id eſt: *Adpulſit ad Bataviam navibus, quam diviſus Rhenus efficit, quavis inſula*

Situs Batavorum inſulæ.

amnicâ majorem. Hìc igitur eſt ſitus Batavorum inſulę, ſcilicet in ipſo Rheno, inter vada. Quo ſummatim invento, ſpatium ejus, ſive magnitudo demonſtranda erit. De hac varium inter auctorum explicatores certamen. quidam enim longitudinē juſto conciſiorē fecerunt: quidam latitudinemęquo ampliorem. Quamobrem ego, ceu medius in vtrosq; poſitus, veram ac genuinam inſulæ magnitudinē, ex ipſorum auctorum teſtimonijs dimetiri conabor. Longitudinē igitur juxta profluenta Rheni, inter Solis ortum & occaſum porrigo. Latitudinem inter Septentrionem & Auſtrum, ſive inter duos dicti amnis alveos, qui tergum ac latera circūluunt, protendo. Vtramque auctorum teſtimonijs firmabo. Ac primùm de longitudine agam. Quam haud difficulter indagare poterimus, ſi tergum ſive principium, ac frontem, ſeu finem inſulæ ex Tacito inquiramus. De hoc controverſia nulla eſſe poteſt, quum diſertè auctor à fronte mare Oceanum alluere inſulam tradat. Illud Rhenum circumluere eodem loco teſtatur auctor: & eadem de re dilucidiùs Annal. 2. ſic ſcribit: *Inſula Batavorum, in quam convenirent prædicta; ob faciles adpulſus, accipiendisq; copiis, & transmittēdum ad bellum opportuna. Nam Rhenus vno alveo cōtinuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur; ſervatq; nomen & violentiam curſus, quà Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur: ad Galliam ripā latior & placidior adfluens. verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt; mox q; id quoq; vocabulum mutat Moſa flumine, eiusq; immenſo ore eundem in Oceanū effunditur*. Quibus ex verbis quum tam certa non modó longitudo, ſed latitudo etiam inſulæ, citra omnem difficultatem perſpiciatur, vti nemo mediocris ſaltem intelligentiæ, dubitare quidquam amplius poſſit; haud immerito quiſpiam miretur, quónam judicij vitio, ſeu defectu plerique ſummâ etiā eruditione viri à vero ſenſu verborum autoris eò deflexerint, vti triplo majorem, quam æquum patiebatur, ex ijs Bataviam ſuam

Longitudo ac latitudo inſulæ Batavorum, quib. regionib. capiendæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ſuam deſignare adgreſſi ſint. Horum errorem vti certis rationibus, argumentiſq; haud dubijs commodè cõvincere quæã, primum ipſius auctoris mẽte explicatâ, veram inſulæ faciem dabo. Itaq; quod ad longitudinem attinet, ſatis ex citatis verbis perſpicuum fit, ibi initium agri Batavi eſſe, vbi Rhenus vno alveo continuus eſſe deſinit, ac velut in duos amnes (quæ divergia Frontino, & divortia Mamertino appellantur) dividitur. Id verò haud procul Clivis opido, ad munimentũ Schenckẽſchans/ fieri videmus: vbi, vt olim, nunc etiam amnis in duo ſcinditur veluti cornua; dextrumq; Germaniã verſus profluẽs, Rhenus perhibetur, vulgò accolis de Rhijn/ lævum ꝓtinus ab ipſa ſciſſione Vahales, vulgò de Wael. Quare de principio etiam inſulæ dubitare jam non magis licebit, quàm de fine ſeu fronte; quũ eadem terrarum facies, eademq; fluminum nomina, quæ olim ſcriptori antiquo memorata, in hanc tempeſtatẽ vſq; perdurent. Atq; hæc quum tam perſpicua ſint, luceq; meridianâ non minus clara, demiror ego, quânã ratione quidam veterno laborãtes eò vſq; extenſos fuiſſe Batavorum fines negare, contra tam diſerta auctoris noſtri verba, audeãt.

Principium, ſive tergum inſulæ Batavorum.

Illud ſanè lubricum eſt, ac prorſus invalidum argumentum, adeoque ineptum, quo Batavi agri initium ad confluentẽ Vahalis ac Moſæ ex Cæſaris verbis colligunt. Quâ in re gemino errore ſeſe obſtringunt. Primùm, quia veterem dictorum amnium confluentem ignorant: tum, quod Cæſaris verborum conſenſum nõ percipiunt. Hic tamẽ error ex illis natus eſt. proinde illum cõmonſtrando, hunc quoq; eadem operâ detegere poteramus. At ne ordo noſtri inſtituti perturbetur, alijs ante argumentis eum convincere conabimur. Sic Cæſar de bello Gallico, comentario 4. *Moſa,* inquit, *profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur Vahales, inſulam efficit Batavorum. neque longius ab eo millibus paſſuum* LXXX. *in Oceanum tranſit.* Hic ego equidem perſpicere prorſus nequeo, quonam modo

Cor. Aurel. malè atque ineptè principium inſulæ Batavæ ad Moſæ Vahaliſque cõfluentes ſtatuit.

illi verba hæc interpretari velint, vti initium inſulæ à Moſæ Vahaliſque confluentibus Cæſarem duxiſſe intelligant. Cæſari hanc mentem fuiſſe nudè equidem adfirmant. at argumenta, ſeu rationes, quibus arguant, nullas adferunt. Quare minus audiendos cenſeo. Improbe, mehercules faciunt, quód quum auctoris mentem adſequi nequeant, ad ſuam opinionem verba ejus pravè detorqueant. Inique item faciunt, quod, quum & vetera & nova ignorent, ex vno anctore, ceteris omiſſis, vel non admiſſis, terræ alicujus ſitum deſcribere conentur. An non ſatius erat Cæſaris hunc locum cum illis Taciti verbis contuliſſe; & ſi quâ in parte repugnare, ac diſſentire inter ſe hi duo viderentur, per tertium quempiam (habemus autem Plinium) eos conciliaſſe? Etenim Taciti teſtimonium prorſus non admittere, ac mendacij, aut erroris tam luculentum, locupletem, gravemque auctorem arguere, plane inſignis impudentiæ videtur. Quod ſi illi Cæſaris teſtimonio auctoritatem atque fidem tribuendam cenſent, quia bella præſens iſtis in oris geſſit; profecto ego Taciti fidei, quia procurator ijsdem in terris provinciæ Belgicæ ab imperatore Veſpaſiano conſtitutus fuit, haud quidquam derogandum judico. Tam hic, quàm ille locorum notitiam habuiſſe potuit. Imó hic majorem, quia procurator provinciæ præpoſitus, ſi non omnem obire, certè hanc ejus partem, in quâ non leve momentum belli pacisve, inſpicere, vel etiam præſidere opus habuit. At ille, niſi quo bella vocabant, nuſquam penetravit. Bella Batavos excitaſſe contra Cæſarem, nuſquam reperias. Nec facilè Iunius, qui oculatum eum inſulæ teſtem facit, ſive ex ipſius commentarijs, ſive ex alio quo auctore probaverit, in inſulam ingreſſum fuiſſe. Neque Cæſar vſpiam Batavorum vel leviter, in commentarijs ſuis mentionem facit, niſi citato paullo ante loco, vbi Moſam amnem deſcribit. Sed quamcunque notitiam loci habuerit, teſtem ego ipſum, haud minus quàm Tacitum, recipiẽdum exiſtimo. Id ſaltem

Tacitus procurator provinciæ Belgicæ.

ne

ne quis temere neget, accuratius inſulam ab Tacito deſcribi, quam à Cæſare. Nec mirum, quum hoc illi potiſſime inſtitutum erat: huic vero minus. Ille loci commoditatem, propter quam, qui fabricandæ claſſi à Germanico præpoſiti erant, eó convenire debebant *faciles* ſcilicet *navium adpulſus accipiendisq́; copiis, & transmittendum ad bellum opportunam* inſulam vti demonſtraret, totam exactiùs deſcribere, neceſſum habuit Cæſari autem Moſæ decurſum magis, quàm inſulæ ſitum deſignare intentio fuit. Idque ex eo ſatis liquet, quód Moſam dicat parte quâdam Rheni receptâ efficere inſulam: nec quidquam de Oceano, aut de altero Rheni alveo præterea addat. Ecquid igitur credere lubet, ſolam Moſam efficere inſulam Batavorum, totamque ambire? Haud opinor. Quin conciliemus ergo potius (ſi cui diſſentire videntur) Cæſarem cum Tacito. Hunc jam anteà audivimus, atque explicuimus. Illius verba ſic interpretor, vti Moſam vnà cum illâ parte, quam Rhenus Vahalis nomine mittit, inſulę latus auſtrinum efficere eum intellexiſſe exiſtimem. Cui interpretationi ſuffragantur XXC.M. paſſuum huic ſpatio ab eodem auctore adſignata. *Nam neq́; longius*, inquit, *ab eo millibus paſſuum* XXC. *in Oceanum tranſit*. Vbi notandum, Cæſarem non *ab ea* ſcribere, ſed *ab eo*. illud quidpe partem Rheni, quę *Vahales* appellatur, ſignificare poterat: atque tum ab hujus confluente (quod maximè volunt illi noſtri interpretes) initium XXC.M. paſſuum ducendum foret. hoc vero ipſum Rhenum deſignat, vbi is deſinit Rhenus dici, & in Vahalis nomen tranſit: hoc eſt, ad dictum Schenckij munimentum. Hoc igitur ſpatium cum Taciti verbis ſi conferas, jam liquebit, eadem Cęſari mens fuerit, quæ Tacito, an verò alia. Tacitus principium inſulæ ac tergum ad divergium Vahalis ponit; finem ſeu frontem ad Oceanum. Hoc ſpatium, ſi accuratè dimetiatis, dabit milliaria Germanica communia XXI. quę ſumma eſt inſulæ longitudo. Germanica autem milliaria commu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

nia vocamus, quorum XV. conficiunt vnum gradum in globo terrarum: quorumque ſingulis conveniunt quaterna millia paſſuum. Si igitur vnum & viginti milliaria Germanica, per quaterna paſſuum millia multiplices; rediges inde millia XXCIV. Quæ computatio admodum parum abeſt, quin Cæſaris numero conveniat. At egregius ille noſter geographus Cornelius Aurelius, quum videret, hæc Cęſaris octuaginta millia paſſuum ſuæ Bataviæ, quam inter Vahalis confluentem, & Oceanum porrigit, minimè quadrare; maluit veteratoriâ quâdam arte, malignè ea ac falſo (tanta ſcilicet erat cupiditas errorem defendendi) in milliaria ſua Belgica diſtribuere. Namque ſeptena millia & ducenos ſeptuagenos binos amplius paſſus ſingulis milliaribus Belgicis dedit, vti inde XI. redigeret, quæ Bataviæ ſuæ ſpatio convenire ajt. Ita ſanè convenirent (tot enim ſunt inter Voricomium atque Oceanum) ni ego paullo poſt probaturus eſſem, non ibi antiquitùs confluxiſſe Vahalem ac Moſam, vbi nunc, id eſt, ad arcem **Lovenſtein** / ſed multo inferiùs: Vbi ſi initium Batavorum inſulæ ſumas, ferè nulla erit. Itaque hęc quoque octuaginta millia paſſuum applicatio falſą erit, argumentumque hoc vanum. Sed tertius accedat Cæſaris ac Taciti ſententiæ Plinius, illorum diſcrimen compoſiturus, jam ante memoratus. Cujus verba hæc ſunt: *In Rheno ipſo, prope centum millia paſſuum in longitudinem, nobiliſſima Batavorum inſula, & Canineſatum.* Diſſentire equidem & hîc quodammodo primâ fronte videtur, dum viginti ferè millia paſſuum vltra, quàm Cæſar addat. At rem exiguæ controverſiæ judico; conciliatuque facilem. Cęſar equidem prȩfinitè XXC. ponit millia paſſuum. at Plinius, propè C. ajt millia conſuetudine ſcilicet quâdam, ac more loquendi, quum centum omnino ſcibere ſe haud verè poſſe videret. Sic nos, quando ne nonageſimum quidem gradum excedere numerum videmus, hoc verbo, *centum circiter*, ſolemus indicare.

Ponas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Ponas igitur, ſi videtur, XC. millia paſſuum. quę ſunt M. Germ. XXII. cum dimidio. Quodſpatium propius ad Taciti mentem accedit; inſulæque Batavorum maximè conveniet, ſi credideris, Oceanum nonnihil terræ abluiſſe ab Occidente, poſtquam Selandiam inundavit, terramque, quæ antè continens erat, nec niſi æſtuarijs alternis ſeparabatur, in inſulas complures, vt ſupra in Toxandris demonſtratum, latiſſimis fretis diſſecuit. vnde etiam caſtellum, quod vulgò *Britanicum* vocant, æquoris vndis ante Batavorum inſulam abſconditum jacet. Atque hâc demum ratione dicti tres auctores quam maxime inter ſe convenient. Quod ſi quis tamen acrius etiam inſtet, nec ijs, quę dicta ſunt, acquieſcere velit, ſciat: neque Cęſarem, neque Plinium adeo exactè ſua quemque millia paſſuum pedibus dimenſos fuiſſe, vti ne vnis quidem millib. cōputatio aberret. Sed antequàm ab hac diſputatione ad aliam transeamus, confutanda primùm eſt in transgreſſu falſa Cor. Aurelij opinio, quâ Bataviam à Batuâ diſtinguendam cenſet. hancque diſtinctionem veterum eſſe contendit. Bataviam ille facit, vt ante dictum eſt, quidquid à Voricomio & Duroſtadio opidis ad Oceanum vſque protenditur, ſuperiorem partem ad vſque Vahalis divergium Batuam antiquitus dictam adfirmat. Ac multa quidem ſuper hac facit verba. at parum, imo prorſus nihil ex veterum adducit ſcriptis, quo gerras ſuas tueri, vel lectori probare queat. Nos equidē ſcimus, eſſe apud Aimoniū nomen Battuæ; eſſe item apud Reginonem, ejus coætaneum, vocabulū Baduæ, ſeu vti quædam ferunt exēplaria, Batuę. At itidem non ignoramus, multa inter Aimoinum, Regimonemque, & inter Cæſarem, Plinium, ac Tacitum ſecula interceſſiſſe; quo temporis ſpatio multa per orbem terrę, regionum, montium, fluminū, populorum, atq; vrbium nomina immutata vel ſaltem inclinata ſunt. Sed quia præter dictos duos auctores nemo hoc nomen memorat; ipſa eorum verba inſpicere libeat. Regino igitur lib. 2. *Godefridus*, inquit,

Cæſar, Plinius ac Tacitus inter ſe conveniunt.

Aurelii falſa diſtinctio inter Bataviam & Batuam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

audito eorum adventu, illis obviam procedit, ad locum, qui dicitur Heriſpich, in quo Rheni fluenta & Wal vno ſe alveo reſolvunt, & ab invicem longius recedentes, Batuam provinciam ſuo gurgite cingunt. Hanc inſulam ingredientes Epiſcopus & Comes, multa à Godefrido audiunt. Nihil in his video quod impediat, quo minus credam Reginonem eandem inſulam ſub Batuæ nomiue intellexiſſe, quam Romani auctores Batavorum dixêre inſulam. Quin diſertè Regino inſulam appellat Batuam, non partem inſulæ, vt definit delirus nugator Aurelius. Sed Aimoinum etiam audiamus, qui Iulium Cæſarem in deſcriptione Galliæ plerumque ſequutus, *Moſa*, inquit, *profluens ex monte Vageſo, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quadam ex Rheno recepta, quæ appellatur* Vaccalus, *vulgo autem dicitur* Walis, *inſulam afficit Batavorum, quæ ruſtico ſermone vocatur* Battua. En, quis niſi ſomnians vel vnà cum Aurelio delirans, neget eandem eſſe inſulam Batuam, & Bataviam (vti illi noſtri vocant homines) quæ veteribus Batavorum inſula? Faceſſat igitur hinc limphaticus iſte cum ſuâ diſtinctione; in quâ nil niſi error circa Cæſarianæ Batavorum inſulæ longitudinem eum impulit, hâc quidpe adſerere, iſtâ ſe poſſe putaputavit. Ex veterum ſcriptis ſanè nunquam, neque rem, neque nomen demonſtraverit. At non minus ridiculoſus eſt Glareanus in commẽtario ſuo ad Tacitum de Germaniâ, qui vti Plinij inſulam Morſatiorum efficeret, nominis alluſionem ſequutus in opido Cliviæ, quod vulgo **Moers** dicitur, Rhenum ibi quondum diviſum pro certo adſeverat. Hęc vt nimium inepta ac puerilia, irriſu tranſmittenda ſunto.

Batua, ſive Badua, eadem eſt, quæ Batavorum inſula.

Glareani error.

Nos intellecti veterum auctorum mente, quæ veram inſulæ lon gitucinem ſatis clarè indicat, ad reliqua proficiſcimur.

De

De lævo ſive Auſtrino inſulæ latere; quod Vahale flumine, & Moſæ oſtio cingitur. vbi veteres dictorum fluminum alvei deſcribuntur.

CAPVT V.

POſitis inſulæ fronte ac tergo, quę longitudinem conſtituunt, proximum nunc opus eſt, latera ejus, quæ latitudinem dabunt, vtrimque cingere. quæ quum duobus, vt dictum eſt, Rheni cornibus tegantur, horum genuini ac veri alvei, à Tacito deſignati, diligentiùs perveſtigandi erunt. In vtroque haud exiguus hæret labos; quandoquidem nemo hactenus rectè eos demonſtravit. Et quanquam de dextro ſive ſeptemtrionali pauci quidam fuerunt, qui rectè ſenſerint: tamen lævum omneis ignoraſſe video. Primum igitur de hoc agamus. Hic protinus à ſciſſione, vt ante memoravimus, ad Schenckij munimentum Vahales vocatur; perfertque nunc nomen ad arcem vſque Loveſteinium, prope Voricomium opidum, vbi Moſæ junctus, nomen in hujus vocabulum mutat, an abſcondit. Sed antiquitus vltra nomen eum provexiſſe vti credam, perſuadent mihi veterum vtriusque amnis nominum veſtigia, quæ partim in continente, partim in inſulis Hollandiæ etiamnum exſtant. Hęc itaque, ceu veraciſſimos rerum indices, ſi Germanos amnium alveos, quos antiqnitùs habuerunt, indagare velimus, ſequi quàm diligentiſſime oportebit. Primùm autem Moſæ alveum ſcrutari lubet; quo reperto facilius atque commodius ad Vahalem transgredi poterimus. Cæſar de bell. Gall. com. 4. *Moſa,* inquit, *profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur Vahalis, inſulam efficit Batavorum.* *Moſæ amnis deſcriptio.*

neque longius ab eo millibus paſſuum XXC. *Oceanum tranſit.*

Vogeſus mõs

Vogeſus mons eſt, qui Lotharingiam à Burgundiâ, Alſatiaque dirimit; tres celeberrimos fundens amnes, Moſam, Moſellam, atque Ararim. Nominis veſtigia etiam nunc exſtare videntur in monaſterio, quod vulgari vocabulo dicitur, *la Voige*, prope fontes Moſæ. vnde ingens ſaltus, monti Vogeſo per L. circiter M. paſſuum ſuperfuſus, vulgo incolis vocatur, *la foreſt de la Voige*: &, *le bois de la Voige*: id eſt, *Saltus Vogenſis*; offinis vitriarijs maximè notus.

Lingones.

Lingonum caput, Andomatunum nunc eſt Langres, veteris nominis conſervans indicia. Nam quemadmodum Latinum vocabulum, *lingua*, in Gallicum *langue* transmutatum eſt; ſic etiam *Lingones* in *Langones*: & mox in *Langres*. Ab his igitur partibus Moſa amnis prolapſus, variaque quondam gentium nomina transvectus, in Geldriç nunc ducatu, medio ferme inter clara duo opida **Bommel** & **Megen** ſitu, partem quandam duobus alveis, quibus munimentum S. Andreæ circumdatur, in Vahalem transmittit. Suo tamen ſibi nomini latum ſervans alveum, vſque ad pagum **Bochoven** defertur. Hinc verò divertente in Occaſum ſolis æſtivi alveo, vſque ad arcem Loveſteinium (vbi Vahali nunc jungitur) *novus* appellatur *Moſa*; vulgo accolis **de nieuwe Maes.** Hinc eodem nomine Goricomium prælabitur opidum: inſra quod jam geminum fert nomen, alterum modo dictum, alterum quod accolis **de Merwe** dicitur, à veteri arce ejuſdem nominis, cujus veſtigia in vndis prope Dordracum exſtant. Hinc dicto gemino nomine Flardingam vſque devectus, infra id opidum vno ſimplicique vocabulo, donec Oceano miſceatur, *Moſa* vocatur. At alveum iſtum, quem modo ab munimento S. Andreæ ad Flardingam vſque deſcripſimus, haud veterem eſſe alveum, à Cæſare, Tacitoque antiquis ſcriptoribus memoratum, cum alia argumenta indicant, tum maxime alveus tenuis, qui à novo Moſa juxta pagum **Bochoven** in ſiniſtras terras divergens, primùm

Meedi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Meedickſe Maes vulgo accolis, id eſt, *Medicenſis Moſa*, à loco, quem perfundit, mox **d'oude Maes**/id eſt, *vetus Moſa* indigetatur. Hunc veterem eſſe alveum ſatis ipſum nomen clamat. Itaque vti ad veterem Vahalis alveum, veteriſque inſulę Batavorum terminum commodè pervenire queamus, hujus decurſus ante deſcribendus eſt. Moſæ igitur veteris flumen ab Mago opido, vno certoque alveo, nullis in Vahalem, ad S. Andreæ munimentum, aquis tranſmiſſis (nam poſteriore heic ſeculo foſſas factas ratio infra convincet) devectum, eas terras antiquitùs dextrâ ripâ perfudit, quæ nunc Hisdemum opidum ſuſtinent; ſiniſtrâ autem, vbi Gertrudeberga nunc conſpicitur. Inter Gertrudebergam & Dordracum continui nunc funduntur lacus, ſive paludes: at ſuperiore ſeculo aridam humum certum amni præbuiſſe alveum, indicant reliquiæ pagorum, ſub vndis latentes. Quin etjam nunc alvei profunditas deprehenditur inter dictos pagos; cujus protractus hic eſt. A Gertrudeberga dextrâ ripâ attingit reliquias pagi **Herderwert**: dein **Heiſterbach**: mox **Allenvoet**. cui oppoſitus fuit à lævâ ripâ pagus **Munſterkercke**. Hinc inter duüm pagorum reliquias, quorum altera eſt à dextrâ ripâ **Alloeſen**/alterâ ſiniſtrâ **Dubbelmund**/ in profundos ſeſe condit lacus. moxque iterum in Hollandiæ inſula, cui vocabulum vulgare **Voorn**/ſuo veteris Moſæ nomine dignoſcitur: prætervectusque cognominem pagum **Maesdam**/ tandem ad alium pagum cognominem **Weſtmaes** ſiſtitur. Hinc autem à duobus millibus paſſuum oppoſitus ei eſt alius alveus ad pagum **Claeswael**: quem eundem quondam fuiſſe veteris Moſæ alveum, regio indicium facit. Exit autem in lacus, qui inter duas ejuſdem nominis inſulas **Voorn** funduntur. Hinc vti ad verum Moſæ os perveniamus, id neceſſe eſt fretum ſequamur, quod inter inſulã **Corendyck**, & pagum **Bleynckvliet** ſitum. Inde jam certus excipit alveus, qui juxta pagos **Simonshaven** & **Biert** protenſus, tandem in oſtium no-

Vetus Moſæ alveus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

menque Moſæ deſinit ad opidum **Geervliet.** Hunc veterem verumque eſſe Moſæ alveum, duabus rationibus colligo. primum, ſi ad lævam alium agere conareris, non in Moſæ tandem os, ſed aliud fretum, quod in mare Oceanum exit nomine **Flackee** incideres. ſi vero ad dextram, in Vahalis fluvij nomen delabereris, quod eſt inter duos pagos **Putte** & **Portegal.** A Geroſlito *immenſum* illud, vt vocat Tacitus, *Moſæ os*, incipit, *quo Rheni amnis pars, verſo cognomento Vahales in Oceanum effunditur*. Hic igitur vetus erat Moſæ fluminis alveus. quo ſatis cognito, ad Vahalis expoſitionem ſermo convertendus eſt. Tacitus Annal. 2. *Rhenus*, inquit, *vno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur: ſervatq; nomen & violentiam curſus, quà Germaniã prævehitur, donec Oceano miſceatur ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt: moxque id quoque vocabulum mutat Moſa flumine, eiusque immenſo ore eundem in Oceanum effunditur*. Dividi Rhenum in duos alveos, ad munimentum Schenckij, jam antea docuimus. Hinc igitur ſiniſter alveus, cognomento Vahales, Noviomagum, Tilam & Bommeliam Geldriæ opida prælapſus, nomen perfert nunc ad arcem vſque **Lovenſtein.** juxta hanc foſſa, à pago **Bochoven** manibus quondam mortalium egeſta, Moſæ pariter aqusai,n, Vahalis flumen invexit, atque nomen: quod etiam nnnc durat ſub cognomento novi Moſæ, vt ante memoratum. Vahales igitur amnis fuit, qui novus Moſa, ſiue alio nomine *Merova* nunc dicitur. Hujus lævam ripam lacus tegunt ſive paludes, Gertrudebergam inter Dordracumque ſparſæ; intercedentibus tamen parvulis quibusdam inſulis, priſtinæ continentis terrę reliquijs. In dextrâ ripâ à Lovenſteinio viſitur Gorcomium opidum. Inde pagi **Herdigvelt/ Giſſendam/ Slydrecht/ Papendrecht.** Huic in ſiniſtrâ ripâ objacet Dordracum opidum. A quo Vahales eodem cognomento

Vahalis deſcriptio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

nomento novi Moſæ, ſive Merovæ amnis, in orientem ſe convertit, ad foſſam vſque, quæ abluto pago Hollandię Ablaſſerdamo, Leccæ flumini miſcetur. Foſſæ alius ab occidente æſtivo oppoſitus eſt alveus, mediam inſulam ſecans, quem veteris Vahalis eſſe alveum, ipſum prodit nomen in hunc vſque diem, **De Wael** accolis dictum. Hujus ſiniſtræ ripæ tres adjacent pagi **Hapnyderambacht/ Ryſeert** & **Jansdam.** Ab hoc iterum in lacus transfunditur Vahales; donec inter duos inſulares pagos **Putte** & **Portegael** Vahales nomen turſus obtineat. Quod nomen ſervat, donec inter Geroflitum & Flardingam Moſæ flumini miſceatur; cujus hinc *immenſo ore in Oceanum effunditur.* Ad Geroflitum igitur olim fuiſſe Moſæ Vahaliſque confluentes, certum eſt; non vero ad Voricomium opidum, ſeu arcem Lovenſteinium, vt imperitum geographorum vulgus hactenus docuit. Quapropter fruſtra eſt Aurelius Cornelius, qui dimenſionem XXC.M.P. à Cæſare longitudini inſulæ Batavorum tributa, à dictorum amnium confluentibus incipienda docet. Falluntur quoque multo magis illi, qui inſulam Bummelianam (vulgo incolis dicitur **Bommellerweert**) Cæſaris Batavorum inſulam eſſe putant. Quidpe Cæſaris temporibus Moſa neque ad munimentum S. Andreæ, neque ad arcem Lovenſteinium Vahali miſcebatur. Aſt, inquies, ad Geroflitum Moſæ Vahaliſque confluentes ſi ſtatuis, immenſum proponis ſpatium, quod *Tenchtheri, Vſipeteſque* Germani, à I. Cæſare prælio in Condruſorum finibus fuſi, fugiendo emenſi ſunt. Sic enim apud Cæſarem legitur De bell. Gall. com. 4. *Germani poſt tergum clamore audito, quum ſuos interfici viderẽt, armis abiectis, ſigniſque militaribus relictis, ſe ex caſtris eiecerunt, & quum ad confluentem Moſæ & Rheni perveniſſent, reliquâ fugâ deſperatâ, magno numero interfecto, reliqui ſe in flumen præcipitaverunt: atque ibi timore, laſſitudine, & vi fluminis oppreſſi perierunt.* Scio equidem noſtros geographos hanc fugam ad S. Andreæ

Veteres Moſæ, Vahaliſque confluẽtes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

munimentum referre;quoſdam etiam ad Lovenſteinium.verum iſti ſi veras veterum Condruſorum, Eburonumque ſedes nouiſſent;certe ſe ipſos, ſi non riderent, ſaltem mirarentur, quod tam ingens ſpatium fugientibus emetiendum propoſuerint. Hubertus Thomas Leodius, quamvis non dubitaret, Leodiacum atque Tungros opida, in Eburonum eſſe finibus;tamen iſto Cęſaris loco ſeductus, ad Oceanum vſque vltimos Eburonum fines extendit in eo libro, quem de Tungris atque Eburonibus conſcripſit. Quâ ratione Menapios aut omnino ſuis finibus excludit, aut ab Rheni ripâ removit, aut denique inter Moſam Rhenumque concluſit; quos tamen ad Morinos vſque, atque Batavos pertinuiſſe ſuo loco docebimus. Verum horum omnium error in eo deprehenditur, quod Cæſaris hiſtoriam de dictis Germanis nunquam ſatis aut legerint, aut perceperint. Quidpe mendum latet in voce *Moſæ*: pro quâ *Moſellæ* reponendum, firmiſſimis ſuo loco monſtrabimus argumentis. Nunc ad inſtitutum regrediamur. Priſci igitur Moſæ Vahalisque amnium ductus, ſive alvei ſic ſe olim habuêre, quemadmodum à nobis ſupra deſcripti ſunt. quos poſtmodum, cum Oceani inundatio, tum mortalium opera ſic turbavere, vti multis in locis vix veſtigia deprehendantur. Quidpe quum Moſa à pago **Bochoven** dextras terras pervectus, in Vahalem effunderetur juxta opidum Voricomium; nomen illius, vt celebrioris fluvij, in hujus alveo prævaluit. Poſtquam vero arx in ſiniſtrâ ejus ripâ extructa, cui nomen ſive à rege Francorum Merouæo vt vulgo creditur; ſive aliunde Merovæa, vulgo **de Merwe**: ipſe quoque fluvius, qui ab initio Vahales, mox Moſa dicebatur, Merovæus nuncupatus eſt. Tandem quum Oceanus terras, modicis anteà ęſtuarijs diviſas, immenſis inundationibus in cõplures inſulas diſſecaret; in Leccæ quoque inferiorem partem (ad Flardingam opidum Vahali Moſæque hunc quondã junctum fuiſſe poſt docebo) novi Moſæ juxta ac Merovęi nomen

Mendum Cæſaris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

men tranſijt. Manſerunt tamen, vt ante demonſtratum, veterum alveorum modicæ portiones, fluminibus ſuis nomina cuſtodientes, in terris inſulisque modo enarratis. Quod autem fretum duos inter pagos, **Portegael** & **Putte**, vtriusque amnis nomen ſimul obtinuerit, quum tamen ab initio vnius Vahalis alveus fuerit; id occaſione eveniſſe videtur hujusmodi. Quum Moſa à pago **Bochoven** in Vahalē abigeretur, vetus ejus alveus tenuis effectus eſt; dein aquis quoque deſtitutus. tandem vel ſuâ ſponte, vel agricolarum opere agros complanantium ad pagum **Westmaes** obſtructus. Hinc quum poſterioribus temporibus advenæ gentes (varias quidpe gentium commutationes paſſa hæc eſt regio) nullum veteris Moſæ exitum cernerent: eum Moſæ alveum eſſe ſuſpicati ſunt, qui verè Vahalis erat. vnde geminum denique natum eſt eidem amni nomen. Sed, veros genuinosque veterum fluminum alveos hactenus inveſtigaſſe ſatis eſſe putamus. Si cui tamen aliquod adhuc, circa ea quæ modo dicta ſunt, dubium hæret; is conferat cum his ea, quæ infra ſuper Leccâ flumine, & Corbulonis foſsâ diſſerturi ſumus. Quidpe cuncta inter ſe conjuncta argumenra, alterum alteri fidem invicem firmabit. Ad nomen Vahalis quod attinet, variè id in Cæſaris exemplaribus varijs ſcriptum reperitur. quædam enim habent *Vachalus*: quædam *Vaccalus*: quædam *Vacalos*: alia etiam *Walis*. Quæ varietates lectionum ſatis apertè indicant, mendum in pleriſque, vel in omnibus hærere. Ac primum equidem, quod ad vocem *Walis* attinet nulla eſt ratiio, cur ſic Cęſarem ſcripſiſſe credamus. Quidpe licet vera hæc fuerit fluminis apud accolas pronunciatio, licet item ſic literis (literis autem incolas harum regionum I. Cæſaris temporibus vſos haud temere crediderim) ab ijsdem notatum: tamen Cæſar non Germanis, nec Gallis commentarios ſuos ſcripſit; ſed Romanis hominibus, apud quos nulla hujus literæ notitia. Magis igitur litera V reliquorum exemplarium placet. Ad quorſum

Nomen Vahalis variū in Cæſaris èxemplarb.

adpoſuit C? vitioſum id quoque coarguit Tacitus, itidem Romanus, apud quem *Vahales* legitur. Cęſar autem, qui prope flumen res geſſit in Menapijs, verum atque genuinum ejus vocabulum facilè exaudiviſſe poterat. Proinde expuncto C. ſecundam eligo lectionem *Vahal.* & quia in vltimâ ſyllabâ tertiæ lectionis eſt O, corrigo id in E. (quod facile in O. corrumpi poterat.) Verumque & germanum fluminis nomen tam apud Cæſarem, quam Tacitum, Vahales eſſe adfirmo; quemadmodum apud Servium quoque legitur *Vahal* Germanis olim, vt nunc etiam dicebatur Wael/ ſive Waal: geminato A, quia craſſus ejus in hoc vocabulo ſonus. Eum ſonum vti genuinè Romani auctores exprimerent, & ipſi geminum poſuerunt A. quod cum Latinę linguæ vſus haud ferret, aſpiratio H. interpoſita eſt. Sic Latino more opidi nomen, quod vulgo dicitur Bredaa/ recte ſi exprimere velis, Bredaha, & in genetivo caſu Bredahæ, ſcribendum erit. At tempus eſt ad Batavorum inſulam, vnde longius digreſſi ſumus redire. Vahalis igitur antiquus iſte alveus, quem ſupra demonſtravimus, vnà cum Moſæ infimâ parte, quæ à Geroflito ad Oceanum pertinet, inſulæ Batavorum lævum, ſive auſtrinum latus olim cinxit. Lacus autem ſive paludes, quæ inter Gertrudebergam & Dordracum, dictasque Hollandiæ inſulas funduntur, anteà nullas fuiſſe, ſed ſolidam humum certos amnibus præbuiſſe alveos, quamvis ſatis ex ijs quæ hactenus dicta ſunt, perſpicuum ſit, nec vllâ aliâ ratione egeat: tamen inde etiam argui poteſt: quòd nulla lacuum ſive paludum ab hac parte, apud veteres auctores exſtat mentio. Lacuum, qui ad ſeptentriones ſunt, vulgari nunc nomine de Zuyder-Zee meminit quidem frequens Tacitus: Plinius quoque diſertè Rhenum in eos ſe ſpargere tradit. At hic idem Rhenum ab Occidente non in lacus, ſed in Moſam ſe ſpargere teſtatur. Vbi idem ego in Plinij verbis noto, quod Tacitus refert: nempe Rhenum *ad Gallicam ripam, Vahalis cognomento, latiorem ac placidiorem ad-*

Emendatur Cæſar: apud quẽ Vahales legendum.

Inſulæ Batavorum lævum ſeu auſtrinum latus Vahale & Moſæ ore clauditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

adfluere, & immenſo Moſæ ore in Oceanum effundi. Id ſcilicet eſt, quod Plinius eum *ſpargi* ait *in Moſam.* Foſſas tamen, ſive æſtuaria extitiſſe, quibus Moſa, ſive Rhenus, ſecundum Iulij Cæſaris ſententiam, in plura capita ſcindebatur, ac Scaldes Moſæ jungebatur, jam antea docuimus in Toxandris. Ceterum Batavis contermini fuere à meridie in inſulis Selandicis Toxandri; cis Moſam amnem Menapij, ab oriente lincâ inter divergium Rheni & confluentem Neriſij fluvij ductâ à Gugernis diſtinguebantur, Sicambrorum progenie: quos Aug. Cæſar devictos Rhenum transduxit. de quibus omnibus ſuo loco locupletior eſt ſermo. *Batavi ab Auſtro quib. contermini,*

De dextro, ſive Septentrionali inſulæ latere; quod medio Rheni alveo clauditur. vbi oſtenditur, quâ ratione medius Rhenus in Leccam amnem abactus ſit. item de Corbulonis foſſâ.

CAPVT VI.

DExtrũm etiam, ſeu boreale inſulę latus nunc claudere ordo requirit. Super hoc haud exigua mihi eſt controverſia ſuſcipienda cum Hadr. Iunio: eoque major, quod gravis ejus error magnos, vti ferunt, noſtri ſeculi geographros, in lapſum traxit: & item alios complures nuperos ſcriptores à veritatis ſcopo divertit. Quidpe Iunius duplicem ſtatuit Bataviam: veterem ac novam: vniverſam inter duo Rheni oſtia Helium (quod & Moſæ) & Flevum (quod nunc vulgo **het Vlie** dicitur) expandẽs. Quam rectè, mox experiemur, vbi ante de inſulæ termino ſeptemtrionali paullo accuratius mentem auctoris noſtri expediero. Sic igitur in deſcriptione inſulæ ſu-

pra loquentem audivimus: *Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur: ſervatque nomen ac violentiam curſus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur.* Hunc alveum eſſe eum, qui à Schenckij munimento Arnhemum verſus, & Vageningam, Rhenam, Duroſtadium, Trajectum, Vordam, Leidamque devehitur, nemo ſanæ mentis, qui Taciti hiſtorias penitus perſpexerit, quique ea, quę de hoc alveo ille tradit, cum Plinij verbis contulerit, dubitare vllo modo poterit. Plinius libro 4. cap. 12. *In Rheno ipſo prope centum millia paſſuum in longitudinem nobiliſſima Batavorum inſula & Caninefatum, & aliæ Friſiorum, Cauchrorum, Friſiabonum, Sturiorum, Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium & Flevum. Ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, à Septemtrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſæ ſe ſpargit: medio inter hæc ore, modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum.* Hunc igitur Plinij Rhenum modicum nomini ſuo cuſtodientem alveum, eſſe eum, qui Leidam devehitur, nemo ne eorum quidem, qui de Batavorum inſula perperam ſentiunt, quidquam ambigit. At Taciti eundem eſſe qui Germaniam prævehitur, nomenque & violentiam curſus, donec Oceano miſceatur, ſervet; omnes ferè negant. Rationem quamvis non adferunt, hanc tamen habuiſſe cuncti videntur. Quum tam modicus hic, etiam Plinij tempore, qui ante Tacitum hiſtoriam ſuam naturalem condidit, fuerit alveus; non potuiſſe eum inſulam, *ob faciles*, vt inquit Tacitus, *adpulſus, accipiendiſque copiis, & transmittendum ad bellum opportunum* ſuo latere efficere. Igiturque medium hunc Plinij alveum, cum Taciti dextro inſulæ latere minime convenire. Quum duo firmiſſima ex Tacito adduci poſſe videantur argumenta, quæ idem negent. Primum eſt, quod inſulam inter vada ſitam Batavi occupaverint. Secundum, quod Taciti tempore violentiam curſus flumen, quo dex-

dextrum inſulæ latus clauditur, ſervaverit. Quorum vtrumque Plinij verbis reclamat. Imo ſane, vel maxime reclamat, ſi nuda verba nudè intelligas. Sed Taciti hiſtorias penitus ſi inſpicias, temporaque diſtinguas, rem longè diverſiſſimam fatearis neceſſe eſt. Latiſſimum hunc alveum olim fuiſſe docet Tacitus Hiſtoriarum 4. vbi Batavos, vt ante dictum, inſulam Rheni occupaſſe ait *inter vada ſitam*. Rhenus quidpe amnis, quum Batavi ex Cattis in inſulam advenirent, ingenti alveo late ſparſus, ripasque vtrinque ſuperfuſus, vada effecit, quorum ſiniſtris dextrum inſulæ latus cinctum; quemadmodum dextris Moſę amnis vadis, latus ſiniſtrum. Quum autem Rhenus humili ripâ eo loco, quem mox commonſtrabimus, contineretur, prono alveo in Galliam ruere tentabat. Id vti impediret Druſus Germanicus molem ſeu aggerem dictæ ripæ pręſtruere adgreſſus eſt. Fato autem præreptus, opus imperfectum reliquit. Id annis poſt LXIII. Paullinus Pompejus, ſub Nerone inferioris Germaniæ proprætor perfecit: vt teſtatur idem Tacitus Annalium XIII. his verbis: *Ne ſegnem militem attineret, inchoatum ante tres & ſexaginta annos à Druſo aggerem coercendo Rheno abſolvit.* Hanc molem XIII. poſt annis Civilis Batavus rebellans, poſtquam in inſulam, ceu locum contra Romanorum inſequutionem tutum, conceſſerat, diruit, Rhenumque in mediam inſulam effudit: vti hac ratione duplex vallum, ſive duplicem foſſam adverſus Galliæ continentem, vnde Romanorum vim atque arma metuebat, haberet: Vahalem ſcilicet, & hunc novum Rheni alveum. Cujus rei teſtem habeo eundem auctorem Hiſtoriarum 5. *Quin & diruit molem à Druſo Germanico factam, Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disiectis quæ morabantur, effudit.* Atque tum, eâ molis disjectione effectum eſt id, quod continuo ſubijcit auctor: *Sic velut abacto amne tenuis alveus, inſulam*

Medius Rheni alveus, antè latiſſimus, quadò extenuatus.

Inſula inter vada ſita.

Moles Druſi ad Rhenum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

inter Germanosque continentium terrarum ſpeciem fecerat. Huc igitur jam ſpectat illud Plinij: *Medio inter hæc ore modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum.* Illa igitur inſulæ facies inter vada ſitæ, longè ante Druſi foſſam, quum Batavi eam occuparent, exſtabat. Opportunitas autem ad faciles navium adpulſus, quam hoc loco allegat Iunius, decem annis ante medij amnis abactionem, & alvei extenuationem ſpectabatur. quo tempore res ea medio huic alveo maximè conveniebat. Quapropter primum illud argumentum jam minus heic valebit. Secundum erat: Tacitum teſtatum reliquiſſe, ſuâ tempeſtate (vtitur quidpe temporis inſtantis vocabulo *ſervat*) violentiam curſus ſervaſſe amnem, qui inſulæ dextrum latus claudat. Id vero Plinium, qui ante Tacitum, vt modo dictum, opera ſua edidit, videri negare, dum modicum medio Rheno alveum adſignet. Hoc argumentum vti diſturbetur, auctoresque hi duo, vti inter ſe concilientur, tempora itidem heic diſtinguenda ſunt. Tacitus hiſtoriam ſuam ſub Trajano imperatore condidit. Civilis autem ſub initium principatus Veſpaſiani molem diruit. Inter initium principatus Veſpaſiani, & principium imperij Trajani XXX. circiter anni intercedunt. Quo temporis intervallo multa immutari potuerunt. Quapropter etiam hic Rheni alveus, à Civile tenuis redditur, curſus violentiam non habuiſſe, quam ſuo tempori tribuit Tacitus, ſatis liquet tum ex Plinij voce, *modicum*, tum ex Taciti vocabulo *tenuis*: maxime vero ex hujus verbo, quo plus quàm perfectum tempus notat, *fecerat*. Poſt Taciti vero tempeſtatem, iſtam curſus violentiam iterum amnem amiſiſſe, experientia præſentis temporis manifeſtò docet. quidpe non vti tunc, nunc etiam mari oceano miſcetur; ſed tumulis arenarum, quos vulgo **de Duynen** accolæ vocant, inter duos, haud procul Leidâ vrbe, maritimos pagos, qui vulgo **Catwijck** & **Noortwijck** appellantur, obſtructo oſtio retinetur. Novus autem ille alveus, in quem Civilis Rhenum effudit,

Rheni mediū os nunc obſtructum.

fudit,

fudit, haud dubie is eſt, qui nunc Lecca, vulgo accolis **de Lecke** vocatur; & Culeburgum, Vianam, Schonhoviam delatus, paulo infra, juxta pagum **Krimpen**/ Moſæ amni jungitur: quondam vero, quum ſolida etiam dum humus certos fluminibus alveos pręberet, infra Flardingam in eundem confluebat. Nam vbi is ad Duroſtadium incipit, Rhenus lato alveo fluere deſinit, manifeſto argumento, prope Duroſtadium in læva Rheni ripa molem à Druſo olim excitatam fuiſſe. Quam tamen ingenti errore Iunius Hiſtor. Batav. c. 8. ad Druſi foſſam, quæ eſt inter Arnhemum & Dusburgum, exſtructam fuiſſe judicat. Nec meminit homo acerrimus, qui tam vehementer in aliorum opiniones, atque iniquè invehitur, paulo ante ſe, cap. 4. omnem Bataviam ſuam (non minori errore) Germanico ſolo adſeruiſſe. Ergo igitur, doceat me primum velim, vtri ripæ moles hæc præſtructa fuerit; dextræ, an ſiniſtræ. Si ſiniſtræ, monſtret, quanam ratione Rhenus (ſic ille falſo interpretatur in Taciti verbis, de inſula Batavorum, hanc foſſam Druſianam, quam ille nunquam Rheni nomine appellavit) quanam ratione, inquam, Rhenus mole dirutâ, in Galliam ruere potuerit, vti non Bataviam ſuam vtramque, novam circa Arnhemum opidum, moxque veterem in ipſa Batavorum inſula, prius perruperit, quam Galliæ invectus fuerit. Quod ſi vtramque Bataviam ante perrupiſſe adfirmet: doceat, oro, quo pacto & Rheni medium alveum, & Vahalem traijcere potuerit, vti non his retentus in Oceanum ante devectus, quam Gallicum ſolum ingreſſus fuerit. Si retentus, certè Rhenus non in Galliam, vt vult Tacitus, ſed in Germaniam effuſus fuit. Bataviam quidpe ſuam Iunius Germanię ſolo adſcribit. At ſi dextræ ripæ moles præſtructa fuit, oſtendat itidem, rogo, quo modo Rhenus in Galliam ruere potuerit, ſi non ante Germaniæ ſolum, quod eſt circa opidum **Zevenaer**, inter hunc falſum ejus Rhenum, & verum, qui Arnhemum fertur, atque Batavorum inſulæ principium perfregerit. Si perfregit,

Lecca amnis quando primum extitit.

itidem prius abripi duobus Rheni ac Vahalis alveis poterat, quam Gallico ſolo inveheretur. Eademque ratione in Germaniam, non Galliam effuſus. Callidè quidem Iunius hoc loco cavit, ne Civilem in Batavorum inſulam (id quod Tacitus tradit; quem ille ad tuendum errorem ſuum citat) conceſſiſſe diceret: maluitq; ſupponere *in Bataviam*; quia hanc ad Flevum vſq; extendit: illam citra Druſi foſſam eſſe ſciebat. Rectè etiam molem foſſę Druſianæ hoc loco tribuit, quia paullo poſt eodem capite medium Rheni alveum, poſt factam Druſi foſſam, nomen amiſiſſe, Iſelæque conceſſiſſe adfirmat. quod falſum mox infra convincemus. Nunc Ortelium hoc loco etiam reprehendiſſe haud alienum fuerit. qui fidem Iunij de mole ad foſſam Druſianam ſequutus, Leccam Corbulonis foſſam in tabulâ ſuâ geographicâ, quâ vetus Belgium deſcripſit, interpretari haud dubitavit; ſummo ac multiplici errore ſeſe obſtringens. Quem vti commonſtrem; ipſa Taciti verba ſuper hac re in medium producam. Is Annal 11. ſic de Corbulone: *Ne tamen miles*, inquit, *otium exueret* (malim, indueret) *inter Moſam Rhenumq́ꝫ* XXIII. M. P. *ſpatio foßam produxit, quâ incerta Oceani vetarentur*. Quibus ferè conſentiunt Dionis verba lib. 60. vbi de eodem Corbulone: διετάφρευσε, inquit, δι' αὐτῶν πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου, σαδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν, μάλισα· ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ ὠκεανοῦ πλημμιρύδι ἀναῤῥέοντες πελαγίζωσι. id eſt: *Foſſam per ipſorum manus à Rheno ad Moſam perduxit centum & ſeptuaginta ſtadiorum longam, ne ij fluvij æſtuante Oceano refluentes ſtagnarent*. Centum & ſeptuaginta ſtadia millia efficiũt XXI. & P. CCL. ſcilicet ſi centum & viginti quinque P. ſingulis ſtadijs tribuas, vt Plinius docet lib. 2. c. 23. Quanquam Lipſius interpretem Dionis, ſic ſtadia diſſolventem in notis ad hunc Taciti locum, iniquè reprehendit. qua de re fuſius alias. Ergo ſi Ortelus hanc foſſam à Duroſtadio per Leccã Flardingam vſq; perduxit, recte equidem inter Moſam Rhenumq; porrecta erit: quia hucuſq; pertinere veterẽ Leccæ curſum

Foſſa Corbulonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ſum ante docuimus.at ſpatiũ XXIII.M.P.quod Tacitus ei tribuit ſeu CLXX.ſtadia, quæ Dio, h.e.XXI.M.P. qui cõveniunt, quum inter Duroſtadium & Flardingã M.P. ſint XL? Sin ad pagũ **Krimpen** eam extendi, & à foſſa, quã Merovæi cognominat, excipi velit; ſciat, multis ſeculis ante Corbulonis foſsã exitum habuiſſe, quã Merovęi nomen auditum. At licet foſſam hãc ſine Merovæi cognomine jã tunc exſtitiſſe cõtendat; tamen non inter Moſam & Rhenũ, quod vult Tacitus, ſed inter Rhenũ & foſſam hanc Corbulonis foſſa poneretur. Neq. ſic quidẽ ſpatium XXIII.M.conveniret; quũ inter Duroſtadium & **Krimpen** millia ſint paſſuum XXX. Denique Tacitus foſſam hanc perductã ajt eò, *uti incerta Oceani vetarentur*. Lecca autem longius abeſt, quam vti huic rei operã dare queat. Ergo alia quęrenda erit foſſa, quæ Corbulonis cognomen verius ſuſtinere poſſit. Et equidem infra Leccam propiusq; Oceanum, flumẽ Iſela, vulgo accolis **de Yſel** dictum. verum hoc neque ex Rheno oritur (Lecca namq; mittit) & ſpatiũ XXIII.M.P. longe ſuperat. quidpe quũ ante fuerit foſſa Corbulonis perducta, quàm Civilis Rhenum in Galliam effuderit, neceſſario exitum illius ad Flardingam ponas. Neq; enim aliter Moſam attigerit. Itaq; neque hic fluvius Corbulonis eſſe foſſa poterit. Eſt alius, qui à Rheno juxta arcẽ **Does** haud procul Leida, deductus, nomine *Rotæ* ad Roterodamũ effunditur. Verum ne hujus quidẽ exitus Moſam ve terẽ attingit. Reſtat foſſa, quæ ab vrbe Leida, vulgari nomine **de Vliet** Delphos defertur, atq; inde ad pagũ **Maeslant** deducta, tandẽ ad propinquũ pagum **Slups** Moſæ jungitur. Hanc eſſe Corbulonis foſsã arguo. Primũ, quia inter Moſam Rhenumq; perducta eſt. tum quia proxima Oceano, vt quæ incerta eius, id eſt, affluxus (qui crebri his in locis fieri conſuerunt) ne vltra in ſuperiorem inſulę partem agris damnoſi tranſirent, quondam vetare potuerint. tertiò, quia ſpatiũ Taciti XXIII.M. ſeu Dionis CLXX. ſtadijs, quã maxime convenit: vtique ſi alveum eius, non intervallum ſequaris. Rectâ namque lineâ inter Leidam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

& **Sluyſ** diſtantia eſt XIIX M.P. Poſtremo (quod vel caput totius argumentationis eſſe poſſit) quia foſſa hæc nunc etiam vulgari vocabulo **de Vliet** adpellatur. Quidpe vocabulum **Vliet**, ſive **Fliet** (incolis enim hujus regionis quinta conſonãs in principio dictionum plerumque ſonat idem quod F.) nihil aliud ſignificat incolarum linguâ, quam quod Latini æſtuaria appellant, ſive fluxus maris. Hinc vocem hanc, tum marinis vndis, tum maritimis opidis ac pagis affixam paſſim in hac regione reperias. Vndis, vt inter duas Hollandiæ inſulas, quæ vno eodemque vocabulo **Voorn** appellantur, vbi Euripus ille **Harinckvliet** vocatur: & in lacu ſeu ſinu, qui vulgo dicitur **de Zuyder-Zee** / vbi incolarum linguâ **het Vlie** dicitur, Flevi (de quo poſterius agetur) vetus alveus; inter duas inſulas **Schelling** & **Vlielant**. intusque in ipſo ſinu **het oude Vlie**/ inter gemina brevia, quorum alteris nomen **Breeſant**/ alteris **de Weert**. Vrbibus autem, vt **Geervliet**/ in Hollandiæ inſula **Voorn**: & **Biervliet** in Flandriæ inſula. item pagis, vt **Ooſtvliet**/ **Nieuvliet** in inſula Flandriæ **Cadſant**: & in continente **Watervliet**. In Selandicis inſulis **Steenvliet** & **Portvliet**. In Brabantia **Santvliet** / **Burchvliet**/ **Cromvliet**. In Hollandiæ inſula **Voorn** / **Swartvliet**/ **Heenvliet**/ **Bleynckvliet**. In continente Hollandiæ ad Iſelam flumen **Vliet**/ haud procul Veteraquino opido: & ad dictam Corbulonis foſſam **Waddingsvliet**. Item in ipſo Germaniæ ſolo ad Viſurgis fluvij æſtuaria, **Waerfleet** / **Elsfleeten**/ **Wortfleet**/ **Santfleet**: quæ omnia Belgis per vocem **Vliet** exprimuntur. Nec vſquam, neque in Flandria, neque in Selandia, nec Brabantia, nec Hollandia, dictam vocem **Vliet** poſitam reperias, niſi quo maris fluxus, ſeu æſtuaria perſtringere potuerunt. Sed de Corbulonis foſſa hęc ſufficiant. Id vnum, anteqam ad reliqua progrediar, hoc loco monere viſum eſt; ne quis temerè ſequatur ſententiam Vertranij: qui, neſcio quâ fronte, plus ſibi fidei, quam Dioni, antiquo ſcriptori, haberi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

beri poſtulans, ſuæ auctoritatis fiduciâ, germanam Taciti lectionem corrumpere non dubitauit. Verba ejus, in Notis ad Tacitum hæc ſunt: *Legitur aliis, vectarentur, pro frequenter veherentur. Ego ſcriptum fuiſſe ab auctore exiſtimo* vitarentur; *& ita malim hoc: Foſſam produxit, qua commeari ad Rhenum à Moſa poſſet, ne Oceani pericula ſubire neceſſe foret. Dioni tamen placet foſſam perductam, ne fluvij æſtuante Oceano reſtagnarent.* Sed de ipſius medij Rheni obſtructione pauca quædam hoc loco retuliſſe haud abs re fuerit. Nec tamen, quod ſtatuam, certi quidquam habeo. Conjecturas tamen judicij mei in medium adduxiſſe haud pœniteat; quibus, prout cuique ingenium eſt, demat, vel addat fidem. Rhenus quando, & quomodo à Civile Batavo in Leccam effuſus, tenuisque alveus ejus effectus fuerit, ſupra oſtenſum eſt. Exinde veró, quum alij quoque alvei, ſeu foſſæ, ab vtraque tenuis jam Rheni ripâ, hinc in Leccam atque Moſam, inde in lacus, quorum maximus vulgo vocatur **Zuyder Zee**, complures agerentur, facilè os amnis, magis magisque indies extenuati, aquisque deſtituti, arenis quas vẽti vehementiori flatu ex tumulis litoralibus vtrimque ingreſſerunt, obſtrui tandem omninò potuit. Nam pars etiam munimenti, quod ad hoc oſtium, vt infra referetur, exſtructum fuit, ijsdem arenarum tumulis obruta nunc latet. Tempus vero certum velle indicare, quando obſtructum fuerit, ſummæ demẽtiæ puto; nullo id auctore memorante. Multis retro ſeculis factum, vel inde conijcere licet, quod nulla eius rei apud poſteriores etiam ſcriptores mentio. nam qui proximis id ſeculis tribuunt, quaſi inundatione aliquâ ingenti id acciderit; nihil certi ipſi habent, quod adfirment. nec recte inundationi tale quid adſcribitur: quum hac ingruente tenuis alveus modicumque os fluminis, facilius dilatari, quàm obſtrui potuerit. At reperto vtroque latere, reſtat vti ſummam inſulę latitudinem oſtendamus. Hanc inter Leidam, & infimam veteris Vahalis partem, quæ eſt juxta pagum **Beyerlant**, deprehendimus eſſe

Rheni mediũ os quomodo obſtructum.

Summa inſula latitudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Quæ regiones, opidaq́; nunc in Batavorũ inſula.

millia paſſuum XX. id eſt, milliaria Germanica V. Continet nunc vniuerſa inſula Batavorum, Cliviæ per exiguam partem, partemque Geldriæ, & Trajectinæ provinciæ; item portionem Hollandiæ. Opida habet numeroſa ac nobilia, in Cliviâ **Hueſen**: in Geldria, **Tiel/Buren/Culenburg**: in Trajectino agro, **Wijckte Duerſtede**/ Trajecti partem, citra Rhenum ſitam, & **Montfoort**: in Hollandia **Aſperen/ Huekelum/ Leerdam/ Vianen/ Yſelſtein/ Gorichum/ Nieupoort/ Schoonhovẽ/ Oudewater/ Goude/ Leyden/ Rotterdam/ Schiedam/ Vlaerdinghe / Delft**: duosque pagos nobiles, **Haghe** & **Graveſande**. in inſula autem pagum celebrem **Yſelmonde**.

Refutantur eorum argumenta, qui Batavorum inſulam ad Iſelam flumen, & lacum Zuyder-Zee vſq; extendunt.

CAPUT VII.

AT inſulæ noſtræ (quam medio Rheni alveo ab vno, Vahale Moſaque ab altero latere, & Oceano à fronte includi diximus) finibus, per argumenta haud dubia, ex ſcriptis veterum auctorum adſertis, proximus locus eſt eorum argumenta certis rationibus refellere, qui ad Druſi vſque foſſam & flumen Iſelam, lacusque, qui **Zuyder Zee** vulgo nuuc appellantur, & Flevum oſtium, immenſo errore extendunt. Ac plures equidem hi numero ſunt. at princeps omnium atque dux eſt Hadrianus Iunius, *mihi ſæpe vocandus ad partes*; qui ceterum gregem (in quo ſummos viros video) ſuâ auctoritate, à recto tramite ſeduxiſſe videtur. Quidpe hic primus tam copioſe, tamque ſpecioſe, de Batavia ſcripſit, vti imprudentes in ſententiam trahere haud difficile fuerit. Ergo in hunc potiſſimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

mum ſtylus mihi dirigendus eſt, ejusque de Batavia ſcriptum acriori trutinâ examinandum. Is igitur duplicem, vt ante dictum, ſtatuit Bataviam; veterem ſcilicet, quam ijsdem, quib. nos Batavorum inſulam, includit finibus: ac novam, quam à medio Rheni alveo, id eſt, à fine veteris, ad vſque foſſam Druſianam, ſeu ſeptemtrionalem Rheni alveum, qui vulgo **de Yſel** vocaturr & Flevum oſtium, quod inter duas insulas **Schelling**/& **Vlielant**/vulgo **het Vlie** dicitur, extendit. Quo ſpatio magna pars nunc Geldriæ, item Trajectini agri, & Hollandiæ haud exiguæ portiones comprehenduntur. Atque hanc inter duos extremos Rheni alveos geminam Bataviam, tanquam vnam inſulam, Plinianam audet vocare hiſtor. Batav. c. 1 & 3. Eandemque cenſet Tacito tradi Batavorum inſulam, cap. I. & 11. Qua in re ſententiam atque fidem ejus ex aſſe citra omnem dubitationem ſequutus Ortelius, in tabula veteris Belgij eo turpius erravit: quo major in geographo quam in medico geographiæ notitia requiritur. Sed quia & Ortelius, & reliqui omnes, vt ante dictum, ab Iunij auctoritate, pependiſſe videntur: hujus rationes, quibus ſententiam ſuam tueri ſe poſſe putavit, excutiamus. Ex Plinio vti Bataviam ſuam Plinianam probaret, hæc ipſius verba, jam ante recitata, in medium attulit: *In Rheno ipſo prope centum millia paſſuum in longitudinem nobiliſsima Batavorum inſula & Caninefatum, & aliæ Friſiorum, Cauchorum, Friſiabonum, Sturiorum, Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium & Flevum. Ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, à Septemtrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſæ ſe ſpargit; medio inter hæc ore, modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum.* Quib. hæc ſua ſubijcit: *Quibus ex verbis liquido diſcimus, Rheni inſulam Plinÿ ætate, in ſeptenos diviſam fuiſſe populos; Batavos nimirum, Caninefates, Cauchos, Friſiabones. Tuſios (quos cur ita nominem hoc loco, dicetur poſtea) & Marſatios Marſacosve.* Heic ego vel maxime miror, quonam modo tanti ingenij, tantæque doctrinę vir, in re tam apertâ, tamque per-

ſpicuâ, cæcutire tam miſerè potuerit. Cuinam, quæſo, ille, vel puero perſuaſerit, Plinium heic vnam id appellaſſe inſulam, quod in plures partes diſſectum? aut tot nationum inſulas in vnam Batavorum inſulam contribuiſſe? Quidpe haud vnam ait inſulam ſterni inter Helium Flevumque Rheni oſtia: ſed plures. Vnam, quam priore loco ponit, vult eſſe Batavorum & Caninefatum: ceteras, quas huic ſubijcit, Friſiorum, & Marſatiorum. (nam Cauchorum heic, Friſiabonumque & Sturiorum falſa aſſe nomina, infra in Friſijs docebo.) Sic cap. ſeq. poſt enarratos omnes Galliæ Belgicæ populos, in fine, *Gugerni*, inquit, *Batavi, & quos in inſulis diximus Rheni*. Quo loco ſatis dilucidè reliquos illos in ceteris Rheni inſulis, à Batavis & eorum inſula diſtinguit. Sanè Plinij verba lucidiora ſunt, quàm vti illuſtratione opus habeant: Iunijque error in his manifeſtior, quàm vti convinci egeat. Ac Iunij equidem error levior quodammodo videri poteſt; qui quamvis complures, tamen diverſos populos in vna eademque inſula collocat: at qui omnes iſtos populos vni Batavorum genti ac nomini attribuit, multo longius aberravit. Diverſiſſimas fuiſſe nationes, quot nomina, tot gentes, ſatis firmis argumentis mox probabitur. Nunc ad Iunium redeo. Hic quidpe omnibus alijs impoſuiſſe videtur. Quæro igitur ex illo: Si Plinius Batavorum inſulam (nam Batavię nomen ei ignotum) inter bina Rheni oſtia, Helium & Flevum pandit, cur ipſe cum Cæſare eum ſuper inſulæ longitudine, milliaque paſſuum, quæ vterque ei tribuit, eodem conferre tantopere laborat? Nam ſi hæc fuit auctoris mens, certè maxima inſulæ longitudo non inter Rheni divortium, & Oceanum, juxta profluenta Vahalis ac Moſæ porrigebatur (quod maximè vult Cæſar, agnoſcitque ipſe Iunius) ſed inter dicta bina Rheni oſtia. Ergo Iunius, aut ſe Plinij dimenſionem non percepiſſe fateatur neceſſe eſt; aut veram inſulæ longitudinem Plinium ignoraſſe. Hoc contra tam perſpicua argumenta, quibus Batavorum inſulam ad Flevum vſque extendi

Verba Plinii explicantur.

tendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

tendi negamus, adfirmare haud temerè auſus fuerit. Illud veró cur faciat, cauſa nulla eſt. etenim eadem regione Plinium longitudinem inſulæ ſumſiſſe, quâ Cæſarem, nemini controverſum eſt. Sed hic tolerabilis fortaſſe quodammodo videri poterit error; quidpe quum obſcurè Plinius ac parcè admodum has tot populorum inſulas deſcribat. illum, quo eoſdem Bataviæ ſuę fines ex Tacito, accuratiſſimo inſulæ deſcriptore, adſerere conatur, quis tandem æquo animo ferat? Verba Taciti, quæ c. 8. Iunius allegat, nobis jam ante memorata, hæc ſunt: *Nam Rhenus vno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur: ſervatque nomen ac violentiam curſus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur: ad Galliam ripam latior ac placidior adfluens. Verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt. moxque id vocabulum mutat Moſa flumine, eiusq; immenſo ore eundem in Oceanum effunditur.* Quibus coutinenter ſubijcit ſua: *Qui locus duorum tantum meminit fluentorum; vnius quo Friſia Germaniæ pars alluebatur, & alterius, quod in hunc vſque diem nomen tuetur.* Egregia ſanè, ac feſtiva interpretatio. Quid, quæſo, magis ex diametro repugnare Taciti verbis, ac contradicere poterat? Totum id, quod Batavorum inſula deſignatur à Tacito, ab iſto excluditur. Quod Rheni nomen in hunc vſque diem retinet, id eſt, quod Lugdunum defertur; vt ante probavimus, quod Friſiam alluit, Iſela nunc dicitur. Vbi igitur Vahalis nomen, vbi Moſæ? Sed mirum tibi videtur, lector, Iunium tam apertè Tacito contradicere? Ne mireris. non Tacitum ille ridet: ſecum ipſe pugnat. En quam diverſa, eadem de re, quamque contraria ſequuntur ipſius verba eod. cap. aliquot poſt paginis perſcripta. *Pluſculum difficultatis*, inquit, *primore fronte oſtendit Taciti dictio, qui duos extimos curſus recenſere contentus, medium reticet, quod ſufficeret ſtatuere bipartitam alvei diviſionem, apud principium Bataviæ in Vahalem Belgicæ oræ terminum, & Rhenum, poſt Iſelam dictam, qui Friſiam Germaniamque terminaret:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ex eoque colligere videor tunc temporis medium alveum habitum fuiſſe loco rivi, ex illo flumine deducti, præcipuumque honorem in Druſi gratiam, & ob rerum gerendarum oportunitatem Iſelæ adſcriptum tributumque: quâ re injuria Rheni medio alveo illata eſt gravis, qui de poſſeſſione nominis deturbatus & quandam capitis diminutionem paſſus fuit non ſuo merito. Itaque patientiæ victricis ope proterviam ſibi factam contudit, ac ſuperavit, nomen priſtinum retinens, quod alteri detractum eſt. Supra medium ex Taciti verbis interpretatus eſt Rheni alveum, & Iſelam flumē: hic ex ijsdem Vahalem intelligit & Iſelam. medium veró ab auctore ſilentio ſuppreſſum. Sic vtrobique non modo variè ſecum ipſe pugnat, ſed longè etiam errat. Rationem tamen, quæ ſe in hanc ſententiam impulerit, cur crederet, eum Rheni alveum, quem *nomen violentiamque curſus, donec Oceano miſceatur, ſervaſſe* ſua ætate Tacitus teſtator, Druſi foſſam eſſe, & Iſelam amnem, in lacum **Zuyder Zee** effuſum, rationem, in quam, adfert cap. 1. hujusmodi: *Quia lacus ille Pomponij Melæ ingens, qui nunc* **Zuyder Zee** *dicitur, propter faciles vndecunq; appulſus, & opportunitatem ad transmittenda, & navium infinitarum receptum, cum deſcripta à Tacito Batavorum inſula maxime conveniat.* En, quod jam dudum ſuſpicatus ſum; Iunium Taciti hiſtorias nunquam diligenter aut ſerio legiſſe. Certe ſi ſerio legit, tamen res memoratas penitus haud perſpexit. Nam ſi vnquam ea obſervaſſet, quę ego ſupra de medij alvei abactione expoſui; certe nunquam in hunc tam manifeſtum errorem præceps actus fuiſſet. Aſt vti clarius error appareat, dicta ejus cum Taciti verbis conferantur, quæ ſunt Hiſt. 4. hujusmodi: *Batavi,* inquit Tacitus, *donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam occupavere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.* Quæro igitur ego: Si Druſi foſſam, quum Batavi inſulam occuparent, nulla fuit (meminit quidpe inſulæ, gentiſque Cæ-

ſar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ſar multis annis ante Druſi res geſtas) quomodo Tacitus hanc, vbi de Batavorum in eam adventu narrat, terminare iſtâ potuit? Sic enim auctor; *Iamque claßis*, inquit, *advenerat, cum præmiſſu commeatu, & diſtributis in legiones ac ſocios navibus, foſſam, cui Druſiani.* Scilicet fruſtra eſt Iunius. Quem jam iterum rogo: Si ad lacum Flevonem, fabricatæ ſunt naves, quid opus habuerunt foſſam Druſianam ingredi, vt ait Tacitus Annal. 2. Oceannm & Amiſium flumen petituræ? Sic enim auctor: *Iam claßis*, inquit, *advenerat, cum præmiſſo commeatu, & diſtributis in legiones ac ſocios navibus, foſſam, cui Druſianæ nomen, ingreſſus precatusque Druſum patrem, vt ſe eadem auſum libens placatusque exemplo ac memoriâ conſiliorum atque operum iuvaret; lacus inde, & Oceanum vſque ad Amiſiam flumen ſecundâ navigatione pervehitur.* Ex quibus ſatis perſpicue manifeſtum fit, non lacus intellexiſſe auctorem in quibus claſſis fabricaretur; ſed alterutrum ex duobus citerioribus Rheni alveis: vel forte vtrumque. Vnde lacus & Amiſiam flumen petentibus foſſa Druſiana transeunda erat. Et, ſi quæris, cur non per ipſa Rheni, ſeu Moſæ oſtia Oceanum intravit; ratio erat, quia aperta inde Oceani metuebautur à lacubus verò ęſtuaria navigabantur, quæ nunc vulgo **Twat** dicuntur. De quibus infra in Friſijs. Eandem autem dare Tacitum inſulæ deſcriptionem Hiſtor. 4. eosdemque terminos, quos ſupra Annal. 2. vbi de opportunitate inſulæ loquitur, facilè ex ipſis iſtius loci probatur. *Rhenus*, inquit, *vno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur; ſervatque nomẽ & violentiam curſus, quà Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens. verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt.* De Vahale nulla nobis eſt controverſia. at illum, quem nomen violentiamque curſus ſervari ait auctor, donec Oceano miſceatur, Iſelam eſſe (quod vult Iunius) ego maxime nego: negantque vna Plinius ac Mela. quorum hic libro 3. cap. 2. *Rhenum ad dextram*, teſtatur, *præ-*

Claßis Germanici vbi fabricata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

mo anguſtum, & ſui ſimilem, poſt ripis longe ac late recedentibus, iam non amnem, ſed ingentem lacum, vbi campos impleverit, Flevonem dici, eiuſdemq́; nominis inſulam amplexum fieri iterum arctiorem, iterumque fluvium emitti. Huic conſentiens ille, *Rhenum à Septemtrione in lacus* ait *ſpargi, & Flevi oſtio in mare effundi.* Age igitur, ſi in lacus ſparſus; vel, ſi jam non amnis, ſed ingens lacus campos implevit; violentiam curſus, quam Rheno ſuo Tacitus tribuit, quî ſervare quivit? aut ſi Flevo dictus, vbi campos implevit, quomodo nomen Rheni cuſtodivit? Patet ſane Tacitum non Iſelam intellexiſſe, ſed medium alveum; quem Plinius etiam nomen cuſtodiviſſe ſuo tempore teſtatur, quemque Mela innuit quum ad ſiniſtram amnem etiam tum & donec effluat, Rhenum appellat. Nam tertium alveum, qui Vahales dicitur, Melam aut ignoraſſe, aut ſaltem non retuliſſe, latius infra docebimus. At quod Iunius ex Taciti verbis colligit, ejus tempeſtate medium Rheni alveum, habitum fuiſſe loco rivi, ex illo (neſcio quo) flumine deducti, præcipuumque honorem, id eſt, nomen Rheni, in Druſi gratiam, & ob rerum gerendarum opportunitatem, Iſelæ adſcriptum, eaque re de poſſeſſione nominis illum deturbatum: patientię vero victricis ope injuriam ſibi factam contuliſſe nomenque priſtinum tandem recuperaſſe, in eo quam longiſſime aberraſſe hominem puto. Quidpe medio alveo haud vnquam aquæ ita per Druſi foſſam abductæ fuerunt, vti is rivi loco inde haberi potuerit. ſed duravit ei ſua latitudo, & violentia curſus, donec à Civile Batavo in Leccam, vt ſupra demonſtratum, abactus eſt. Neque tunc nomen amiſit: quia Plinius (ſi Tacitum de hoc loqui neges) *modicum* ſuo tempore *nomini ſuo cuſtodiviſſe alveũ* teſtatur. Ergo ſi vnquam nomen eum amiſiſſe Iunio credas, certe eo temporis intervallo amiſit, quod inter Plinij, Tacitique ſcripta interponitur. At tunc in Druſi honorem, & ob rerum gerendarum opportunitatem Iſelæ nomen Rheni impoſitum, haud ſimile veri eſt. Etenim Druſus foſſam egit ſub

Auguſto

Auguſto Cæſare; Plinius opus ſuum Veſpaſiano imperatori dicavit: Tacitus ſub Trajano ſcripſit. Inter Auguſtum autem & Trajanum imperatores ingens temporis intervallum, & ſeculum propemodum elapſum eſt; quo jam facile omne ſtudium in Druſi honores poſterorum animis abierat. Sed Iſelam Tacito vnquam Rhenum appellatum prorſus, vt ante, nego; pluribusque id infra demonſtrabo. Nunc porro notemus, vti Iunius ipſe ſibimet haud conſtare, ſecumque diſſentire pergat. Quidpe Bataviam ſuam licet ex Plinij, Tacitique verbis ad Iſelam vſque, & Flevum oſtium extendat; haud tamen veretur, contra Ioannem Stellam negare Caninefatum ſedem fuiſſe in Batavorum inſulâ. quod iſte recte ex Plinio & Tacito adfirmavit. At video quid habeat Iunius, quod huic objectioni opponat: diſtinguere ſeſe inter Batavorum inſulam, ſeu Bataviam veterem, & Bataviam novam : in illa Caninefates ſedem habuiſſe ſe negare; in hac concedere. Scilicet: recte ille quidem ſententiam ſuam tueretur, ſi ante melius diſtinctionẽ hanc adſeruiſſet. Sed Taciti Batavorum inſulam ipſe ad Iſelam vſque, & lacus profert. in ſeipſum igitur pugnat. Quod quamvis argumentis firmiſſimis jam ſatis demonſtratum ſit, tamen iſthuc inſuper hoc loco quęrere lubet: Quum ipſe ad vtramque Iſelæ ripam Friſios ex authoritate Taciti collocet; quomodo ex eodem Tacito ad Iſelam vſque Batavorum inſulam ſe poſſe proferre ſperavit? Verba Taciti hæc ſunt: *Maioribus minoribusque Friſiis vocabulum eſt, ex modo virium: vtræque nationes vſque ad Oceanum Rheno prætexuntur: ambiuntque immenſos inſuper lacus.* Vbi Iunius hęc verba *Rheno prætexuntur*, ad Iſelam flumen refert, quia Friſij ad vtramque Iſelę ripam incolebant. Iam vero iterum quæro; quum ipſe cap. 1. veterem Bataviam ſuam ijsdem finibus includat, quibus nos Batavorum inſulam; cur non credit Tacitum, haud aliam, ſed hanc ipſam voluiſſe, quam Batavos primo adventu occupaſſe tradit? Tum ſi Taciti Plinijque temporibus novam Bataviam recte ſe tribue-

re putat; quæro, quibus temporib. aut cui auctori veterem illam adſcribere velit? Vnus equidem eſt Iulius Cæſar, qui Batavorum inſulę, antequam Druſiana foſſa facta fuit, meminit. At doceat ille oportet (quod quia nequivit, merito neglexit) quando Batavi veterem inſulæ ſuæ limitem, id eſt, medium Rheni alveum transgreſſi Friſios & Marſatios, qui inter hunc alveum & Iſelam, lacusque & Flevum oſtium incoluerunt, expulerint; aut bello victos ſibi ſubjecerint; vti ea demum ratione illorum agri horum juri, id eſt, Bataviæ nomini acceſſerunt. Sanè nihil horum vnquam attulerit. *Druſum* (verba ſunt Iunij capite primo) *è duobus tres alveos feciſſe, & Bataviæ porrectiora promœria extendiſſe*, *novamque dediſſe* Bataviam, ſi nos credere velit, oſtendat prius neceſſe eſt, quonam Druſus Friſios Marſatiosque miſerit, poſtquam Batavis eorum ſolum tribuit. Aut ſaltem, quando, & quâ de causâ, his illos in ſervitutem dederit. Certe nunquam ſe tot laqueis, quibus ſe irretivit, facilè expedierit. Permanſiſſe perpetuo Friſiorum & gentem & nomen citra Flevum, omnibus ſatis conſtat mortalibus; quando illa Hollandiæ pars, quæ aliàs Septemtrionalis vſurpatur circa lacum Zuyder Zee / etiam hodie Friſiæ occidentalis nomine, vulgo Weſtfrieſlant appellatur, oppidaque inibi non Hollandię, ſed Friſiæ inſignibus decorantur. Sed vti tandem finem faciamus, vnum adhuc ex Tacito locum adferam. Iſte Hiſtoriarum ſuarum quinto: *Flexu autumni, & crebris pluvialibus imbribus ſuperfuſus amnis paluſtrem humilemque inſulam in faciem ſtagni opplevit.* En tibi, quisquis etiam Iunio nunc credis, Tacitum Batavorum inſulam Iſelâ amne, Flevoque lacu finiſſe; cenſesne terras Rhenum inter Iſelamque porrectas adeo humiles paluſtresque eſſe, vti in ſtagni faciem oppleri poſſint? Certè tumuli atque colles, qui ſatis editi per omnem dictam terram ſternuntur manifeſto Iunij errorem coarguunt. Faceſſant jam igitur hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

hæc ejus verba, capite primo perſcripta: *Quàm verò latè potuerit, quibus circumſcriptum finibus iſtud Batonis peculium fuerit, nemo quod equidem ſciam, prodidit, aut certos ei præſtituit terminos; nonnulli contractioribus eidem adſignatis, potiſſimâ parte mutilarunt, & quodammodo deartuarunt. Quare propitiato Termino, fines illi perpetuos, ſtabiles, neque ipſi Iovi ceſſuros, ex veterum ſcriptis monumentis pangam, quos qui tranſtuliſſe aut exaraſſe, niſi Dei conſenſu, tentarit, is ſacer & religione obſtrictus eſto: confido namque divinâ quadam virgula contactos me obſignaturum.* Faceſſant hæc inquam, palinodiaque reponatur. Nec ſatis Hadrianus Iunius Deum propitiaverat, nec veram habuit virgulam divinam. Ego quidem nullum agnoſcens Termini numen, facile contra auſus ſum. At quàm ritè, quæſo, Batonis peculium ad Iſelam atque lacum extendit, quum tamen ante Druſi foſſam, vltra medium Rheni alveum Batavorum nomen porrectum fuiſſe, ſatis ipſe neget? Multa ſanè in ſe jecit Hadrianus Iunius arma, contra quæ defendi haud vnquam ſatis poterit. Nobis ſanè gratiam eum habere in vivis ſi ageret, æquum foret, quod genuino patriæ nomini, Friſiæ civitati, ex longinquâ abalienatione, ſeipſum non noſcitantem, reſtituimus. Aſt nimium ego fortaſſe huic diſputationi diu immorari videor: jamque moleſtus ſum. verum etiam veniam mihi dari æquum eſt. Scilicet tanti erat errorem tantum pluribus argumentis redarguere; quò certi tandem tam nobilis inſulæ conſtarent fines. Caput tamen omnis argumentationis debebat eſſe; quia Batavi omnes Galliæ Belgicæ pars fuere: Galliæ autem atque Germaniæ terminus fuit medius Rheni alveus; quem inſulæ terminum conſtituens Tacitus, Germaniam prævehi teſtatur. De quo paullo poſt latiùs tractabimus. Nunc Petri Bertij etiam errorem, quamvis ſilentio poſt tot graviſſima argumenta transmitti poterat, *Hopperi & Bertii error refutatur.*

tamen ne cui probabile quid, quia novum, attuliſſe videatur, indicaſſe non remotum ab inſtituto noſtro fuerit. Nec tamen hic novum quiddam attulit; ſequutus Ioachimi cujusdam Hopperi ſententiam, qui tabellam titulo *Antiquæ Friſiæ ſitus ſub Auguſto imperatore*, ſuperioribus annis edidit. Bertius igitur, poſtquam ex auctoritate cum Hopperi, tum Iunij, ſibi quoque Galliæ Germaniæque verum limitem, medium Rheni alveum transgredi licere putavit; vltra Bataviæ ſuæ fines protulit. nec tamen eo, quo Iunius; ſed tribus Rheni alveis (quos ſolos omnis ętas agnovit) haud contentus, quartum quendam, inter medium & Iſelam cum Hoppero finxit: quem Germaniæ limitem eſſe voluit. quam auſpicato, videbimus. Verba ejus, poſt citatum Plinij locum, quo is Rheni inſulas deſcribit, hęc ſunt: *Divergium Rheni dextrum Germaniæ oram præterlabitur, inque varios lacus ſeſe effundit: initio tamen Rheni nomen ſervat, vbi Arenacum ſitum; ſequitur inde vada, tum Rhena, quam Tacitus Grinnes nominat, & Batavodurum, quod noſtris eſt Wijck te Duerſte. Ab hoc Rhenus cum ſe in lacus variè panderet, Lecca dictus fuit: Vbi anguſtior eſſe incipit, Flevus; vt plane arbitrer Flevum eſſe eam Rheni partem, quæ Traiectum præterlabitur, & nūc Vechta appellatur.* Et haud multó poſt ſubijcit: *atque cum hac deſcriptione noſtra mirum in modum conſentiunt, præter Plinium, Mela, Tacitus, Cæſar.* Tacitum cum Bertio non conſentire, ſatis in aperto eſt; quum is nomen violentiamque curſus dextrum alveum ſervare teſtetur. Bertius vero contra in Flevum mutari, diffundique in varios lacus adfirmat. Ex Cæſare ne verbum quidem ad hanc deſcriptionem ſuam habere potuit. Plinium, qui treis tradit alveos, extimum illum verſus Septemtrionem, non Vechtam, ſed Iſelam intellexiſſe nemini dubium eſt. Mela ſecum quomodo ſentiat, ipſe Bertius viderit, vbi verba ejus cum ſuis contulerit. *Ad dextram*, inquit, *primo anguſtus, & ſui ſimilis, poſt ripis longè ac latè recedentibus iam non amnis, ſed ingens lacus, vbi campos implevit Flevo dicitur.* Heic Mela primo

angu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

anguſtum ait eſſe,poſt in lacum diffundi : Bertius prius lacum (quem neſcio vnde, Leccam vocat)dein anguſtias tradit. Mela ripis longe ac late recedentibus, jam non amnem, ſed ingentem lacum, vbi campos implevit, Flevum ait dici : Bertius contra, vbi anguſtior eſſe incipt, id eſt, vbi Vechta dicitur, Flevum adfirmat. Mela à divortio dextrum alveum, primo anguſtum quidem, ſimilem tamen ſui tradit. At Bertius Vechtam interpretatur, qui Rheno, antequam in cornua ſcindatur, haud ſimilis, ſed multo anguſtior eſt. Quo loco non obſervavit, Melam non ſolido Rheno, ſed lacui, in quem ſpargitur, anguſtias dextri alvei oppoſuiſſe. Vnde ſatis perſpicuum fit, Melam non Vechtam, ſed Iſelam intellexiſſe. quia hic primo, id eſt, vbi ad pagum **Iſeloꝛt** à Rheno divortitur (foſſa heic Druſiana eſt) anguſtus, & Rheni ſimilis, poſt in lacum, qui vulgo **Zuyder Zee** dicitur, longe lateque diſpergitur. Corrigamus igitur, dum corrigendus adhuc eſt, amicè moneo, hunc errorem; nec patiamur nobiliſſimam atque celebratiſſimam veterum Batavorum inſulam diutius ignorari, aut falſo ſciri. Imperito equidem Latinorum vulgo liceat omnem Hollandiam Bataviæ nomine appellare, eadem ſcilicet ratione, eodemque jure, quo Belgicam nunc vocant id terrarum ſpatium, quod XVII. provincijs diſtinctum, dimidium ſui in Germaniæ ſolo obtinet; quum antiquitus omnis Belgica cis Rhenum conſtiterit. quoque jure Pannoniam dicunt Hungarium; quæ tamen vix tertiam ſui partem in veteri Pannoniâ cenſere poteſt. Hæc, inquam, & hujus generis alia imperitorum vulgo liceant. Nobis verò, qui geographiam ex profeſſo tradimus, pudor ſanè ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

De Batavorum agris, quos extra inſulam in Galliæ ripâ, inter Vahalem Moſamque coluerunt.

CAPUT VIII.

SEd hactenus veros & germanos inſulæ, quam Batavi olim incoluerunt, fines vindicaſſe ſufficiat. Videamus nunc deinceps; an ſolam inſulam tenuerint; an verò extra etiam quidquam agri ijdem obſederint. Iuſtus Lipſius, Gerardus Noviomagus, atque Hadrianus Iunius, Ianus item Douſa filius, rectè adfirmarunt. quorum poſteriores duo in ſpatio adſignando maximè erraſſe videntur. At quâ regione ager hic extra inſulam fuerit, primum deſpiciendum eſt. In Galliæ continente fuiſſe, cis Vahalem docet diſertè Tacitus Hiſtor. quarto his verbis: *Batavi*, inquit, *donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Gallicæ oræ, vacua cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam occupavere.* Viden' ut hic particulâ collectivâ *ſimul* duas agri Batavi partes componit; quarum altera eſt ipſa inſula, altera extrema illa Gallicæ oræ, cultoribus vacua. Idem indicat libro De Germania: *Batavi non multum*, inquit, *ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt.* Heic etiam particulâ disjunctiva, ſed agrum Batavorum in duas portiones diſpartit, quarum vnam in inſula Rheni, alteram extra in Gallicâ ripâ cis Vahalem collocat. Sed tertiam adducam ex eodem auctore argumentum, vel maximum, quo Batavis agrum extra inſulam fuiſſe, haud dubiè jam conſtabit. Hiſtoriarum 5. *Civili*, inquit, *Chauchorum auxilia venere. Non tamen auſus opidum Batavorum armis tueri, raptis quæ ferri poterant, ceteris injecto igni, in inſulam conceſſit. Gnarus deeſſe naves efficiendo ponti, neque exercitum Romanum aliter tranſmiſſurum.* En, injecto igni Batavorum opido,

do, Civilem ait in inſulam conceſſiſſe. Si igitur poſt incenſum opidum in inſulam conceſſit; certe ante extra inſulam fuit, vbi & opido ignem injecit. Plinius libro 4. cap. 16. *Rhenum autem accolentes Germaniæ gentium in eadem provincia* (Belgica) *Nemetes, Tribochi, Vangiones: hinc Vbij, Colonia Agrippinenſis, Gugerni, Batavi, & quos in inſulis diximus Rheni.* Hic etiam duplices faci Batavos, Rhenum accolētes, & in inſula Rheni. quam antea *nobiliſſimam Batavorum inſulam* appellavit. At quantum agri extra inſulam Batavi obtinuerunt? *Non multum*, inquit Tacitus, *ex ripa, ſed inſulam colunt*. Quæ diſtinctio haud dubie indicat, minorem fuiſſe illam partem ex ripâ, quam ipſius inſulæ ſpatium. Nec dimidium quidem inſulæ illud agri ex ripa exęquaſſe vti cenſeam, vehementer perſuadet Taciti auctoritas. Quare haud modice mihi erraſſe videntur Iunius, qui Cattium Selandiæ, qui vulgo **Cats**/ Cattorum progeniei, id eſt, Batavorum reliquias permanere cenſet: Et Ianus Douſa F. qui **Cattendyck** vicum prope Guſam vrbem ab ijsdem denominatum arbitratur. Quidpe major eſt ab his vicis ad Moſam amnem, proximum inſulæ latus, diſtantia, quàm maxima ipſius inſulæ latitudo pateat. Toxandrorum fuiſſe omnes Selandiæ inſulas, non Batavorum, ex Cæſaris commentarijs, & Plinij Geographia ſatis probavimus. Quin ego etiam vereor, vti recte Noviomagus noſter, qui Gertrudebergam Batavorum agro tribuit. Quidpe Moſa amne (amnibus enim plerumque terminabantur olim agri gentium) omnem eorum agrum finitum fuiſſe cenſeo. Gertrudeberga autem citra veterem Moſam ſita. Multo minus recte Douſa, qui pagum **Catwijck** in comitatu Cukenſi cis Moſam à Cattis cognominatum exiſtimat. Syllaba **Cat**/ ſi Cattorum prolis, vbique ſedem indicaret; certe Batavi vltra lacum quoque Flevonem Friſios agros coluerunt circa ſilvam, cui vulgare nomen **Sevenwolden**: in quâ vicus eſt **Catlijck.** Sed hoc adfirmata perineptum, illorum quoque errorem prodere videtur. An vero eadem longitudine hic

extra inſulam ager, quâ ipſe inſula, id eſt, à Rheni divergio, ad Moſę Vahalisque confluentes porrectus fuerit, nécne, haud facilè quiſpiam niſi Tireſiâ canente, dijudicaverit. Si tamen ea longitudo placet; opida eo tractu nunc cenſebo, Noviomagum, & Bateburgum, Bommeliam, Hœesdam, Voricomium, Dordracum. Vltra in latitudinem progredi, vetat diſertè Tacitus. Ceterùm lacus ſive paludes, quæ inter Gertrudebergam & Dordracum proximasque Hollandię inſulas ſternuntur, nullas antea fuiſſe, ſed ſolidam humum certos amnibus alveos præbuiſſe, jam ante monuimus.

Batavos Galliæ partem fuiſſe. quod Rheni fluminis deſcriptione efficitur.

CAPVT IX.

ATque fines agri Batavi ſic ſe habent. Iam verò recordor, me jam inde ab initio Galliæ ſolo Batavos populos attribuiſſe. quod controverſum mihi nonnulli noſtri ſeculi auctores faciunt; in quibus præcipui Hadrianus Iunius, integrum caput 4. hiſtoriæ ſuę Batavicę in contrariam partem perſequens; & Lipſius, qui ad hæc Taciti verba Annal. 1. *Catervas Germanorum cis Rhenum colentium; Vt erant*, inquit, *Vangiones, Triboei, Nemetes, Treveri, Nervij*. ſed & pars Batavorum. partem ſcilicet eam intelligens, quæ erat cis Vahalem amnem. Meam igitur ſententiam tueri, erroremque iſtorum convincere vti queam, Rhenus amnis antè paullo curatius expediendus erit. Hic quidpe terminus Germaniam inter Galliamque, cum tribus alveis in Oceanum effluat; occaſionem pluribus errandi præbuit. De hoc ſic Cæſar De bello Gal. com. 4. *Rhenus*, inquit, *oritur ex Lepontiis, qui Alpeis incolunt, & longo ſpatio per fines Nantuantium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum, citatus fertur*. Lepontij nunc ſunt, qui ſtipen-

Rheni deſcriptio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ſtipendiarij Helvetiorum perhibentur; quorum opida Iornicum, Locarnum, Luganum. Plinius lib. 8. cap. 20. Lepontiorum Viberos fontem Rhodani accolere ait, qui in eodem, quo Rhenus, oritur monte. Rectè igitur Cæſar in Lepontiis oriri dixit Rhenum. Summis quidpe Alpibus, quæ Lepontios à meridie attingunt (nunc eſt mons S. Gothardi) fons ejus effunditur. A quo L. circiter M. paſs. orientem verſus prolapſus alium recipit amnem paullo minori ſpatio à fonte ſuo devectum; quem accolæ poſteriorem Rhenum vocant, quum illi anterioris cognomen tribuant. Vnum tamen fontem omnis vetuſtas agnoſcit; nec ulla unquam de poſteriore iſto mentio ſeu argumentum. Ortelius equidem in Theſauro geographico ad vocabulum Rhenus; *Virgilius*, inquit, Æneid. lib. 8. *hunc bicornem cognominat; & rectè: eius fontes intuens*. Verum vehementer mihi errare videtur Ortelius; non animadvertens, extrema quæque imperij Rom. ſub Cæſare imperatore Poëtam memorare, Euphratem & Araxem ab Oriente, Morinos & Rheni oſtia à ſeptemtrione. Eo motus videtur Ortelius, quòd cornua in capite conſiſtere debeant; capita autem fluminum dicantur fontes atque exortus. At promiſcuum hoc vocabulum, etiam oſtijs tribui, vel à Cæſare edoceri poterat; qui *multis capitibus in Oceanum influere Rhenum* ait; ut ſupra notatum. Tacitus in lib. de Germaniâ ſic Rhenum deſcribit: *Rhenus Rhæticarum Alpium inacceſſo, ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem verſus, ſeptemtrionali Oceano miſcetur*. Quæ verba Cæſaris ſententiæ, vt quidam putant, non repugnant. Nam vt Lepontij à meridie, ſic Rhæti à ſeptemtrione ſummas Alpeis, ex quibus Rhenus oritur, attingunt. Sic Plinius lib. 3. cap. 20. *Rhætorum*, inquit, *Vennones, Saraneteſque ortus Rheni amnis accolunt*, Dio Caſſius lib. 39. Ὁ δὲ Ῥῆνος, inquit, ἀναδίδωσι μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων τῶν Κελτιβήρων, ὀλίγον ἔξω τῆς Ῥαιτίας· προχωρῶν δὲ ἐπὶ δυσμῶν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τήν τε Γαλατίαν, καὶ τοὺς ἐποικοῦντας αὐτήν. ἐκ δεξιᾷ δὲ τοὺς Κελτοὺς ἀποτέμνεται, καὶ τελευτῶν ἐς τὸν Ὠκεανὸν

Vnum Rheni fontem antiqui agnoſcunt.

Ortelij error de Rheno bicorni.

Virgilius explicatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ἐμβάλλει. id eſt: *Rhenus ex Alpibus Celtiberorum* (Germanos intelligit) *paullo ſupra Rhætos oritur. Inde verſus occaſum profluens ad ſiniſtram Galliam, eiusque incolas, ad dextram Germanos ab invicem dividit: tandemq́; in Oceanum influit*. Quòd autem per Nantuatium fineis eum ferri tradit Cęſar, id neſcio quâ ratione conſiſtere poſſit. Namque & ipſe Cæſar ſup. com. 3. de Bello Gall. & omnes alij geographi, in valle, quam Rhodanus à capite ad lacum Lemanum efficit (vulgo **Walliſſerlant** dicitur) eoſdem populos collocant. Nec ultra Rhodani, Rheniq; fonteis, eorum fineis pertinuiſſe rectè quis arbitretur; quum interponantur, ut alibi demonſtrabimus, Veragri & Seduni, item Viberi, in quorum finibus Rhodanum oriri Plinius adfirmat. Ipſe quoq; Cæſar ſatis id negat, dũ Rhenum in Lepontijs oriri teſtatur. hos verò Nantuatium finibus interponi abſurdum eſt. Quin ſatis diſertè dicto com. 3. inter Sedunos, quorum opidum Sedunum nunc vulgò *Sion* appellatur, & lacum Lemanum, Nantuateis conſtringit. Itaque miror quanam ratione hæc vox aut Cæſari exciderit, aut per imperitum aliquem commentatorem irrepſerit. *Ætuatium* vocabulum, ex quibuſdam codicibus, quomodò Glareanus, Iunius, Ortelius, & alij magis approbent, idq́ue **Tavetſch** opidum interpretentur, viderint ipſi, nobis ſanè nuſquam id aliàs lectum. Apud Strabonem pro *Ætuatium*, legendum *Nantuatium* ſuo docebitur loco. Marlianus hoc Cæſaris loco inductus, *Nantuates*, inquit, *populi Germaniæ citra Rhenum flumen, per quorum fineis longo ſpatio, quaſi ab eius ortu Rhenus ipſe citatus fertur; proximi Helvetijs ac Sequanis: Conſtantienſes nunc eſſe ſatis cõſtat.* Quę verba plurimam mentis caliginem oſtendunt. Primùm notandum erat, ad Conſtantiam opidum nullam Cæſari, ne poſteris quidem auctoribus cenſeri Germaniam citra Rhenum. Dein duę voces, *longo ſpatio*, non ſolis Nantuatibus tributas, ſed & Helvetijs, & Sequanis, & Mediomatricis, & Tribocis, & Treviris, alijsq́ue ſubinde populis ad Oceanum vsque. Sed lacum, Con-

ſtantien-

ſtantienſem Helvetios accoluiſſe teſtatur Strabo, proximus Cæſari ſcriptor, lib. 7. προσάπτονται δὲ, inquit, τῆς λίμνης ἐπ' ὀλίγον μὲν οἱ Ῥαιτοὶ, τὸ δὲ πλέον Ἐλουήττιοι καὶ Οὐινδελικοί. id eſt: *Lacum exiguâ parte Rhæti, maiore Helvetij & Vindelici attingunt.* Helvetij ſcilicet ex lævâ Rheni, lacuſque ripâ; Vindelici ex dertrâ. Ortelius ex parte Marlianum ſequutus *Galliæ* ait, *eſſe populos, ad lacum Acronium.* quem ille cum alijs Conſtantienſem interpretatur: ſicque eoſdem in tabulis ſuis geographicis collocat. Falſum eſſe hac in re & ipſum ſatis ſupra apparuit. Nantuateis ad lacum Lemanum incoluiſſe ſatis demonſtratum eſt. Quapropter Paradinus quoque fruſtra eſt, qui Nantuatium regionem & nomen hodie exſtare ait in opidulo, quod etiam nunc Nantua dicitur in Sabaudiâ infra lacum Lemanum. Quum tamen diſertè Cęſar inter lacum & ſummas Alpes & Nantuates, & Veragros, & Sedunes protendi adſeverat. Sed ad Rhenum redeamus. Sarunetes Rheni fonteis accolere tradit Plinius dicto loco. Hos igitur hoc loco, ſi qua vox Cæſari interpoſita fuit, reſtituendos putem; ni hoc notandum foret, Cæſarem Gallicam ſolumodò ripam deſcribere. Sarunetes autem Plinij in dextrâ ripâ fuerunt, Rhætorum gens, ni fortè utramque tenuerint, ſicuti & Seduni, & Nantuates Rhodanũ utrumque accolуere. At vehementer ego ſuſpicor pro *Nantiatium*, voce *Nemetum* vocabulum reponendum, quamvis ordo populorum non rectè ſequatur. Sic videlicet infra quoque com. 6. ordinem haud obſervavit idem auctor, ubi de Hercyniâ ſilvâ; *Oritur*, inquit, *ab Helvetiorum & Nemetum & Rauracorum finibus.* quum tamen & Rauraci, & Sequani Nemetibus præponendi forent. Poſt Nemetas igitur ponit Cæſar Helvetios, qui verè Rheni ſiniſtram ripam accoluerunt, ad confluentem uſque Arolæ. Ipſe autem Rhenus à poſterioris Rheni confluente, in ſeptemtrionem verſus devehitur. Mela lib. 3. cap. 2. *Prope à capite*, inquit, *duos lacus efficit, Venetum & Acronium.* Si rectè ordinem Mela (quod arbitror) obſervavit, Venetus certè is eſt, qui nunc

Emendatur Cæſar.

Venetus & Accronius lacus quos Rhenus trãſit.

Conſtantienſis ab urbe Conſtântiâ, & Podamicus, vulgò **der Bodenſee** dicitur. Acronius autem, quem inferum vocant, vulgo **der Unterſee.** Ordinem Melam pervertiſſe arguere videntur ij, qui Acronium interpretantur **Bodenſee.** At Argumentum, quo id probent, nullum adferunt. haud igitur audiendi. Noſtra ſanè ſententia in veritatem propenſior eſt. Vtique quum unus ſit Mela, qui hęc nomina referat. Plinius lib. 9. cap. 17. eiuſque epitomator Solinus cap. 34. Brigantinum appellant Conſtantienſem; haud dubie à Brigantio Vindelicorũ, ut ait Strabo lib. 4. ſeu, ut rectiùs Ptolemæus, Rhętorum opido; quod nunc eſt Bregentz. Strabo lib. 7. hujus equidem lacus quoque meminit; at Rhenum amnem eum tranſire haud memorat: contra verò medium inter Danubij Rheniq; fonteis facit, præterque paludeis Rheno fuſas, quum lacus ille ſit idem quem Venetum Mela appellat; & paludes, quem Acronium lacum idem indigetat. Ac ſanè verius heic ſunt paludes, haud profundis aquis, quam lacus, quem nunc **Unterſee** vulgò appellant. Ignoranter atque imperitè Iunius, qui Lemanum lacum Rhenum tranſire tradit. Manum in ſcribendo præcurriſſe mentem dicerem, ni inoffenſo alveo eum evolvi per lacum adfirmaret: quod Rhodano in Lemano lacu tribuitur. *Prope*, inquit Mela, *à capite efficit duos lacus*; quum tamen C. M. p. lacus primus à capite amnis diſtet. Rectè tamen Mela, ſi reliquum ſpatium ad Oceanum uſque reſpexerit. Ex Veneto lacu, ubi Acronium intrat, verſus occidentem Baſilæâ tenus fertur. Inde ad divortium uſque, quod eſt ad Schenckij munimentum, in ſeptemtriones. Ceterum Mela poſt Venetum, Acroniumque lacus, *diu ſolidum, & certo alveo labi*, ſubjungit. Tacitus etiam lib. 2. Annal. *Vno alveo continuum, aut modicas inſulas circumvenientem* refert: ſcilicet per fines, ut inquit Cęſar, Sequanorum, Nemetum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum, & (quos ego ex ejuſdem Cæſaris commentarijs adijcio) Eburonum, Menapiorum. Inde *modico flexu*, ut inquit Tacitus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Rhenus ab initio uno oſtio in Oceanum effluxit.

Tacitus, *in Occidentem verſus*, & προχωρῶν, ut Dio ἐπὶ δυσμῶν, *in occidentem vergens*, per Batavorum fineis, ea loca, quę poſteà Arenacum, Vadam, Grinnes, Batavodurum, & Lugdunum opida ſuſtinuerunt, uno, ſolo, certoque, ac lato alveo alluit, donec juxta pagum, hodiè vulgò **Catwijck** dictum, *Oceano ſeptemtrionali miſceretur*. At poſtmodū, quum Oceanus in hanc oram adeò violenti impetu inveheretur, uti ab occaſu Selandiam, quæ ante continens terra erat, in complureis inſulas æſtuarijs, quod teſtatur Cæſar, diſſecaret; ab ſeptemtrione vero lacum ingentem, qui vulgò nunc **Zuyderzee** dicitur, efficeret. Rheni quoque, utpote ingentis fluvij, copioſiſſimæ aquæ retrò actę ſunt, cumulatæque ſupernè, campos humiles ac paluſtres implerunt. Hinc ſive ipſa concitata aquarum vis terram ſiniſtræ ripæ objacentem ſcidit, alveumque ſibi paravit, quemadmodum in Leccâ poſteà tentavit; quo tandem à Civile Batavo effuſa eſt: ſeu accolarum induſtriâ, uti tanto malo obviarent, vel mederentur, partem Rheni in foſſam manu factam (quemadmodum Corbulo poſtmodum in inferiore inſulæ parte fecit) deduxit; quæ ex eventu Vahales, vulgò accolarum lingulâ **Wael** (quidquid tandem vocabulum veteri Germanorum linguâ ſignificet. nam nobis nugari hîc non libet) dicta eſt: cujus alveum, exitumque in Moſæ amnis oſtium, jam ante deſcripſimus. Quando autem id factum ſit haud facile dictu eſt. Vel longè ante Iul. Cæſarem exſtitiſſe conijcere licet, quando is ejus meminit. Atque tum verè bicornis dicebatur Rhenus: quod epitheton primus ei tribuit princeps poëtarum inter Latinos Virgilius hoc verſu:

Vahales quomodo primùm exſtitit.

Rhenus bicornis.

Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis.

Servij interpretatio ad hunc poëtæ locum tam varia in varijs eſt libris, uti, quæ mens ei fuerit, haud facilè diſpexeris. Quanquam hoc ſatis conſtat, Servium præſtantiorem fuiſſe grammaticum, quàm geographum, uti vel ipſum heic, quemadmodum ferè in omnibus alijs, erraſſe facilè crediderim. Adducam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

tamen lectiones omnes, &, quantum fieri poterit, diſcutiam. Vulgata exemplaria ſic habent: *Rhenus fluvius Galliæ, qui Germaniam à Gallia dividit. Bicornis autem aut commune eſt omnibus fluvijs: aut propriè de Rheno dicitur, quia per duos alveos fluit: per unum, quà Romanũ imperium eſt: per alterũ, quâ interluit Barbaros. Vbi iam Vahal dicitur; & facit inſulam Batavorum.* Altera lectio quæ vetuſtior videtur, hæc eſt: *Rhenuus fluvius Galliæ bicornis, quia per duos fluit alveos, per unum, quâ Romanum imperium eſt: per alterum, quâ interfluit Barbaros, ubi Iambal dicitur, & facit inſulam Batavorum.* Tertia lectio, quam in vetuſtiſſimo codice impreſſo reperi, multò conciſior eſt. *Rhenus fluvius Galliæ bicornis autem, quia per duos fluit alveos; per unum quâ Romanum imperium eſt: per alterum interfluit Barbaros.* Iunius Hadrianus ex ſecundâ lectione, quã una magnoſcit, Iambal flumẽ expoſuit Iſelam; alterum veró, quâ Romanum Servius ait eſſe imperium, Vahalem. Videlicet uti hac ratione Bataviam ſuam ad Iſelam uſque atque Flevum lacum extenderet. Verùm eâ re aperte ignorantiæ arguit Servium, quamvis imprudens. Quidpe jam ante ſatis inculcatum eſt, medium Rhenum, antequàm per Civilem Batavorum in Leccam abigeretur, lato alveo juxta pagum **Catwijck** in Oceanum tranſiſſe. Hunc igitur intellexiſſe Virgilium, & Vahalem, haud dubium eſt. Ac fortè, quum hæc poëta ſcriberet, foſſa Druſiana nondum exſtitit, alioquin tricornem veriùs amnem pronunciaſſet. Servius itaque, ſi Iſelam interpretatus eſt, & Vahalem; haud probè poëtę mentem adſequutus. Ac Iunius equidem ratione ductus videri poterat haud abſurdâ, quidpe quòd per Barbaros fluere flumen ait Servius, id magis Iſelę conveniebat quam Vahali. Hic namque Gallos interfluit (ut mox latiùs demonſtrabitur) qui, poſtquàm Gallia in provinciæ formam à Romanis redacta eſt, non amplius barbari dicti ſunt. Germani autem, quia nunquam ſatis perdomiti, perpetuo barbari Romanis nuncupati ſunt. At licet Iunius, quo Bataviam ſuam ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Iſelam proferre queat, Iambalem interpretetur Iſelam; tamen non ſatis pro ſuâ ſententiâ alterum alveum Vahalem facit. Hac quidpe ratione Batavos à Romano imperio excludit; quos in Belgicâ provinciâ, ut mox docebitur, diſertè collocant Plinius ac Ptolemæus. Verùm utcumque ſeſe res habeat, ſi vocem Barbaros retineas, omninò erravit Servius. Alveum Rheni, qui Romanum terminavit quondam imperium, eſſe medium, qui Lugdunum fertur, mox fuſius probabimus. Hunc cum Virgilio intellexiſſe Servium, haud ambiguum eſt: alterum autem, qui Batavorum efficit inſulam, eſſe Vahalem, haud quiſpiam dubitarit, qui hæc Cæſaris verba legiſſe Servium credat; *Moſa profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quâdam ex Rheno receptâ quæ appellatur Vahales, inſulam efficit Batavorum.* Malo igitur primam amplecti lectionem, quæ pro *Iambal*, *Vahal* habet. Et uti prorſus Servius erroris, ſive imperitiæ ſuſpicione liberetur, pro *Barbaros*, legẽdum cenſeo *Batavos*. Hos quidpe utramque Vahalis ripam coluiſſe, ſupra demonſtratum eſt. Atque hâc ratione rectè interpretatus fuerit Servius Virgilij mentem, fruſtraque erit Iunius, qui ex Servio Bataviam ad Iſelam extendere ſe poſſe ſperavit. Ex Hegeſippo etiam nequidquam eandem rem deducere conetur. Quidpe licet bicornem is Rhenum appellet; tamen epitheton hoc à nullo alio, quam à Virgilio deſumſiſſe potuit. in quo magis poëtæ verba uſurpavit, quàm rei veritatem expreſſit. Agrippam regem apud Iudæos concionantem introducit, Cl. Nerone Romæ imperitante, quâ tempeſtate Rhenus jamdudũ per Druſum Germanicum tricornis factus erat. Proinde Egeſippus, aut eoſdem alveos, quos Virgilius, intellexit, aut ſi Iſelam innuere voluit, tricornem amnem appellare debuit. Eo quidpe tempore, quum Agrippa concionem apud populares habuit, medius alveus per Civilem nondum abactus fuit. Sed quàm egregius geographus, ſeu hiſtoricus Egeſippus, (de cujus ætate nemo etiamdum certi quid adfirmare potuit.

Servius emendatur.

Hegeſippus impropriè bicornem ſuâ ætate appellavit Rhenum.

Egeſippi ætas incerta.

potuit. poſt Gratianum & Theodoſium Impp. vixiſſe inde patet, quòd Conſtantinopolis urbis meminit, cui par Romanæ urbi dignitas ſit tributa; quod primùm in Concilio Conſtantinopolitano, dictis Imperatoribus factum conſtat) quam egregius, inquam, fuerit hiſtoricus, ex eo liquet, quod ſub Tito Cæſare Ioſepho Iudæo apud populares concionanti hæc verba tribuat, *Tremit hos Scotia, quæ terris nihil debet; tremit Saxonia inacceſſa paludibus, & inviis ſepta regionibus.* Quum tamen Titi Imperatoris ætate neque Scotię, neque Saxoniæ nomen extaret, ut alibi in ipſis Saxonibus docebimus. Quapropter haud tanta debet eſſe Egeſippi auctoritas, uti inde Iunio credamus Bataviam ad Iſelam amnem antiquitus extenſam fuiſſe. Sed iſta leviora, quàm uti prolixiori diſputatione egeant. Pomponius ſanè Mela, majoris auctoritatis, meliorisque fidei ſcriptor, qui ſub Claudio imperatore de ſitu orbis tres libros compoſuit, bicornem equidem facit Rhenum; alio prorſus modo, quam Virgilius. Verba ejus, nè quis de mente auctoris ambigere quidquam, aut in diverſum torquere poſſit, integra adſcribantur. *Rhenus*, inquit, *ab Alpibus decidens, prope à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium: mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illud diſpergitur: ſed ad ſiniſtram amnis etiamtum, &, donec effluat, Rhenus; ad dextram primò anguſtus, & ſui ſimilis, poſt ripis longè ac late recedentibus, jam non amnis, ſed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur, eiuſdemq́ nominis inſulam amplexus, fit iterum auctior, iterumq́ fluvius emittitur.* Dextrum alveum eſſe Iſelam amnem, & lacum **Zuyderzee**, extra controverſiam eſt. Siniſtrũ verò eſſe, qui Lugdunũ fertur, ex eo liquet, quòd *amnem etiam tum eſſe, & Rhenum* dici, *donec in Oceanum effluat*, auctor adſeverat. Vahalem igitur omninò ignoraſſe videtur; alioquin haud dubiè relaturus, Neque eſt quòd per ſiniſtrum ejus alveum Vahalem cum Iunio intelligere velis. Quidpe quum Mela hæc ſcriberet, medius alveus, qui Rheni nomen perpetuo tulit, nondum

Egeſippus malus hiſtoricus.

Mela bicornem facit Rhenũ; ſed non iiſdem alveis, quibus Maro.

Mela Vahalem dum nõ refert, ignoraſſe videtur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

dum per Civilem abactus, lato alveo in Oceanum influebat. Hic igitur omnium maximè referendus erat. Neque verò eſt, quòd Iunius deeſſe aliquid verbis Melæ ſuſpicetur; quum duos tantum alveos ſe intelligere per voces *huc* & *illuc*, itē *ad ſiniſtram*, &, *ad dextram*, ipſe teſtetur. Vindicandus autem eſt hoc loco auctor ab Iunij injuriâ, ubi parùm attentè, aut verè ſcripſiſſe eum arguit hęc verba; *haud procul à mari*. Quidpe ſi malè hæc Mela, certè eodem crimine damnandus Cæſar. qui Com. 4. de bel. Gall. *ubi Oceano*, inquit, *appropinquat*, *in plures diffluit parteis*. Et in initio mox ejuſdem Com. ubi Tenchtheros & Vſipetes Rhenum tranſiſſe memorat, *non longè*, inquit, *à mari*. quos ad divortium amnis transgreſſos, alibi oſtendetur. Verùm uterque longitudinem totius amnis reſpexit; cujus ratione ſciſſio ad principium Batavi agri haud procul à mari abeſt. Sic Mela *prope à capite duos lacus* eum *efficere* dixit, *Venetum & Acronium*. quòd ſi de inferiore parte parum attentè aut verè; multo minùs de ſuperiore: quum major fermè ſit diſtãtia à capite ad dictos lacus, quàm à ſciſſione ad Oceanum. Sed ad inſtitutum. Quòd Auſonius & Claudianus, alijque iſtius ſeculi poëtæ bicornem appellarunt amnem, quum tamen tres jam eius ſatis noti forent alvei; rectè iſti generi rotundo ore loqui, & libertate majore uti, Muſas conceſſiſſe arguit Iunius: magiſque illi Virgilij patris poëticæ Latinę verba imitati ſunt, quàm uti rem verè exprimere curarint. Cæſar, qui Commentarios ſuos multò ante tertium alveum, per foſſam Druſianam effectum, conſcripſit, *in plureis diffluere Rhenum parteis, multis ingentibusque inſulis effectis, multis capitibus in Oceanum influere* tradit. Id quomodò intelligendum, jam antea in Toxandris expoſuimus. nempe æſtuaria, quibus Selandiæ ſolum ſecabatur, pro Rheni alveis falsò, vel minus propriè eum accepiſſe. Quapropter meritò etiam apud Strabonem (qui omnem ferè Galliæ deſcriptionem ex Commentarijs ejus deſumſit) lib. 4. ab Aſinio Quadrato reprehenditur. Φησὶ δὲ, inquit Strabo de

Mela defenditur contra iniurias Iunij.

Auſonius, & Claudianus cur bicornem appellarint Rhenum.

Cæſaris error.

Cæſar reprehenditur ab Aſinio Quadrato.

Quadrato, δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας). id eſt: *Duo eum habere oſtia ait, reprehẽdens eos, qui plura ei adſcribunt.* Duo igitur fuerunt veri Rheno alvei; alter qui nomen ſervabat, alter Vahales dictus. At quum diu amnis bicornis exſtitiſſet, tandem tricornis factus eſt per Druſum Germanicum; qui ſub vitrico Cæſare Auguſto, res hiſce in oris gerens, foſſâ Rhenum inter & Iſelam amnem egeſtâ, aliam Rheni partem, per dictũ amnem, lacumque, & oſtium Flevum, in Oceanum deduxit. de quo pòſt in Friſijs fuſiùs agemus. Nunc ſufficiat treis Rheni alveos breviter ad Cęſaris, Melæ, Plinij, Taciti, aliorumque veterum auctorum mentem deſcripſiſſe. Reſtabat unus Ptolemæus, cujus auctoritas nuſquã citata ſcilicet, quia diſſentire à reliquis quam maximè viſus eſt. Quidpe poſt narratum Moſæ fluminis os, quod unum erat ex tribus Rheni oſtijs, Helium Plinio dictum, LXXII. circiter (tot ex graduum latitudine colliguntur) M. p. intervallo, primum Rheni oſtium, quod occidẽtale vocat, diverſum ab illo ponit; inde ſecundum, quod medium; mox tertium, quod ſeptẽtrionale. Quâ ratione, ſi id, quod nunc etiam fieri cernimus, ab antiquis, Cæſare, Plinio, ac Tacito, haud falsò relatum eſt, Rheni partẽ Vahalis nomine in Moſam tranſire; certè quatuor habuiſſe Rhenũ oſtia adfirmandũ foret. Quod uni Ptolemæo contra tot tantoſque auctores credere, cùm abſurdũ, tùm injurium eſt. Quid igitur Ptolemæo fiet? quid auctortitate, quid fide ejus? Erraſſe tantum geographum dicamus? an conciliemus cum reliquis? Conciliari quî poſſit, haud ego equidem video. quanquàm eò ſpectaſſe videtur Bertius, &, quem hic ſequutus eſt, Hopperus, dũ Vechtam flumen, quod ab Trajecto Muydenum ad opidum, & lacum **Zuyderzee** fertur, Rheni alveum antiquum interpretantur. At ſi hoc vel Ptolemæi ſaltem tempore fuerit; ubi, quæſo, alveo iſti oſtium inveniemus; quum nullum hac regione exſtiterit, præter Flevum? Nugas agimus. nec facilis conciliatu Ptolemæus. Erravit profectò, erravit, ut ſæpè aliàs (quod frequen-

Rhenus tricornis effectus per Druſum Germanicum ab Auguſto Cæſare.

Ptolemæus in Rheni oſtijs ab alijs diſſentit.

Ptolemæi error.

frequenter in reliquis operibus noſtris demonſtrabitur) quamvis Princeps habeatur vulgò geographorum. Situs ſanè, quem inter extremos duos alveos ſtatuit, cum hodierno ſitu, qui eſt inter Vahalem & Iſelam, & inter Moſæ oſtium atque Flevum, planè convenit. Quare eoſdem treis alveos eum voluiſſe, quos Plinius, Tacitusq; haud dubium: in eoque lapſus, quòd Moſæ os à citimo Rheni oſtio ſejunxit; quum ſatis conſtet, Rhenum in illud effundi. Error ejus in eo maximè deprehenditur, quòd Lugdunum Batavorum opidum cis primum Rheni alveum poſuit, extra inſulam; à quo ad Moſam æquale ferè ſpatium facit ei, quod eſt inter hunc & medium Rhenum, Lugdunum hodieque alluentem. Deceptus tamen videtur eádem ratione, uti Iul. Cæſar, qui Scaldem in Moſam effundi tradit. Moſæ ille oſtium tribuit, quod eſt Scaldis. At quum ſciret poſt Moſæ oſtium in proximi alvei ripâ eſſe Lugdunum, cis primum Rheni alveum id poſuit; qui locus medio Rheno probè reſpondet. Hoc verò ſi voluit; certè Tabudæ oſtium non erit idem, quod hodiè ſcimus eſſe Scaldis, ad inſulam, quæ inde nomen traxit, Scaldiam (vulgò dicitur **Schouwen**) nomine mutato in vulgare vocabulum **Roompot**: ſed fluminis, quod pars Scaldis infra Andoverpiam ab illo divertēs, vulgari vocabulo **Honte**, inter Selandiæ inſulam **Walcheren**, & Flandriam devectū, in Oceanum ingenti latitudine tranſit, ſub vocabulo **Duerlo.** Et quid ſimilitudinis Tabudæ cum Scalde? ni Ptolemæi ævo mutaſſe nomen Scaldem ſuſpiceris. Verùm ſi tum mutavit, quomodo poſteà recuperavit priſtinam appellationem, quæ in hanc diem uſque edurat? Vſitatum tamen hoc Ptolemæo. Sic Obrincum dixit, qui ante eum, & nunc Moſella in eádem Galliâ Belgicâ: ſic Phrudim, qui anteà *Samara*, dein *Sommona*, nunc etiam *Somme* dicitur in Picardiâ. Sed ad Rhenum redeamus. Treis igitur omninò Rheni alveos, triaq; oſtia omni ſeculo poſt Druſum Germanicū fuiſſe, certum eſt. Maximeque errant ij, qui plura conſtituunt. Deſignatis tribus alveis, demon-

Honte flumen, quod alterū Scaldis cornu, Tabuda dicitur Ptolemæo.

Errant, qui plura, quàm tria, Rheno oſtia tribuunt.

ſtrandum nunc eſt, uter horum pro termino inter Galliam Germaniamque habitus ſit. Hoc quidpe invẽto facilè deinceps quæſtionem de Batavorum inſulâ expediemus. De Germaniȩ igitur termino ſic argumentor: Qui Rheni alveus prior ceteris duobus exſtitit, hunc ab initio, antequam illi forent, terminum Germaniam inter Galliamque conſtitutum fuiſſe neceſſe eſt. Medium autem priorem exſtiſſe reliquis duobus, ſatis arguit ipſum nomen Rheni, quod per omne ævum, ad hanc uſque noſtram ætatem præ illis obtinuit. Quod ſanè nomen, ſi Vahalis alveus (de Druſi namque foſsâ controverſia nulla eſt) ut prior tempore ante obtinuiſſet, haud temerè illi tempore poſteriori conceſſiſſet. At licet illi id conceſſiſſe adſumto Vahalis vocabulo, contendas; haud facilè tamen fieri poterat, uti alveum ſuum alij flumini, id eſt Moſæ, ſub finem in omne jus nomenque daret; ita uti hic, qui anteà Rheno, ſive Vahale tanquam inquilinus receptus, dominus tandem alvei in totum fieret. Ab initio rerum (ſi quis fortè id quoque arguat) Rhenum poſt tantum ſpacium tantas aquas per Moſæ, amnis multò minoris, oſtium in Oceanum, nullo ſibi exſiſtente ore proprio, devexiſſe, planè abſurdum dictu eſt. nec facilè exemplum huic rei par in alijs fluminibus reperias. Nam licet Euphrates in Aſiâ, per Tigris, multò brevioris amnis, oſtium in mare Perſicum deferatur; tamen anteà, ut auctor eſt Plinius lib. 6. cap. 27. ſuo ſibi ore evolvebatur: quod accolæ, dum agros amnis aquis rigarent, longo tempore præcluſerunt. Eaque ratione idem illi per agricolas accidit, quod per Civilem Rheno. Ergò medium alveum priorẽ, & re, & nomine exſtitiſſe concedamus: firmoque jam concludamus argumento, hunc terminum ab initio Germaniam inter Galliamque conſtitutam fuiſſe. Hinc jam manifeſtò liquet, quia Batavorum inſula citra hunc terminum fuit (quod ſatis, abundeque ſupra demonſtratum) certè non Germaniæ, quod voluit Iunius, ſed Galliæ adſcribendam eſſe. At haud me fugit, qud huic loco Iunius ad tuendam ſenten-

Medius Rheni alveus, terminus quando fuit Germaniam inter & Galliam.

tiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

tiam ſuam obijcere queat. ſcilicet ab initio equidem medium alveum terminum Galliæ fuiſſe. poſtmodùm verò Vahali id muneris delatum. Ita ſanè, rectiſſimè; ſi id ex veterum aliquo auctorum probaret. quod, quia nequivit, ne tentavit quidem. At ego contrà, medium alveum eodem perpetuò honore permanſiſſe, Batavosque Galliæ adſcriptos fuiſſe, compluribus mox probabo teſtimonijs atque argumentis, ſi ante Iunij argumenta ac teſtimonia, quæ ex veteribus adduxit ſcriptoribus, eodem ordine, quo ea cap. 4. conſcripta ſunt, refutavero.

Iunij argumenta, quibus Batavos Germaniæ adſeruit, cuncta refutantur.

CAPVT X.

PRimùm autem omnium diſtinctam heic volo Bataviam Iunij à veteri novam. hanc adulterinam, falsò Bataviæ nomini tributam, quia ultra Rhenum eſt (ſic ſemper cum auctoribus, maximè verò cum Tacito appello alveum, qui ſolus propriè nomen id obtinuit) Germaniæ concedo: illam, veram, germanamq; Batavorum inſulam, quia citra Rhenum, Galliæ tribuendam ajo. Iam primum Iunij argumentum, ſive teſtimonium, quo utramque Bataviam ſuam Germaniæ adſerere nititur, hujuſmodi eſt: *Quia Plinius disertè Batavos cum Vbijs, Gugernis, & Rheni inſulis Germaniæ populis adnumerat.* Cui adſimile eſt ſequens: *Plutarchum Germanici juris feciſſe Batavorum inſulam, quia Batavos Germanos dixit.* Ecquis tam excors inveniatur, qui Batavos fuiſſe Germanos, contra tam diſerta tot auctorum graviſſimorum teſtimonia, quæ paſſim exſtant, negare audeat? Certè, quicunque fecerit, haud unquam ego. At non in hoc verſatur controverſia noſtra, uti dubitemus, utrum Batavi Germani fuerint, nec ne. ſed utrum Galliæ ſolum incoluerint, an verò Germaniam. Sanè quid his duobus ex Plinio

Primum Iunij argumẽtum, ex Plinio.

Secundum, ex Plutarcho.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

& Plutarcho adductis argumentis opponam, vix reperio; adeó futilia, atque ridicula videntur. Omnes populi, qui ſunt Germanicæ originis, in Germanico ſolo cenſendi ſunt. Ain'tu, mi Iuni? Ergó & Nemetes, & Triboci, & Vangiones, & Vbij, & Eburones, & Aduatici, & Gugerni, & Tungri, & Menapij, & Nervij, & Toxandri, qui omnes in Belgicâ Galliâ ab auctoribus enumerantur, quia Germanicæ ſunt originis, Germanicum ſolum citra Rhenum incoluiſſe dicas? Vbi igitur Rhenus terminus inter Galliam atque Germaniam, etiam ubi ſolidus, & uno alveo fluens? Video quid agas. Quum Plinius tradat, ad Scaldin uſque Germanos incolere, tu eo Germaniam extendere cupis. Et quum Rheni, Belgica natio, apud Cæſarẽ com. 2. de bel. Gall. teſtentur, Belgas pleroſque ortos eſſe à Germanis, tu majorem Belgicæ partem Germaniȩ tribueris. At quis id veterum, quis novorum geographorum ante auſus eſt? Video neminem. Cave igitur tu primus faxis. Ceteroquin eádem operâ, atque eádem ratione, eodem argumento, Cimmerios, Boſphorum Cimmerium accolenteis populos, quos Poſidonius apud Strabonem lib. 7. à Cimbris, Germanicâ gente, deducit, & Germanos Oretanos in Hiſpaniâ Germanicum ſolum, in locis tam ingenti intervallo diſſitis, inhabitaſſe evincas. quod ſanè tam abſurdum eſt, quàm quod abſurdiſſimum. Sed Moſam Vahalemque Galliæ terminum tute eſſe voluiſti. nullo modo igitur Belgas iſtos Germanos cis Rhenum Germaniam incolere intellexiſti. Ipſius Plinij verba inſpexiſſe haud pigeat; quæ Iunius aut non intellexit, aut diſſimulatione tranſmiſit. *Gallia omnis*, inquit Plinius lib. 4. cap. 16. *Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maximè diſtincta.* A Scaldi ad Sequanã Belgica. Heic quod vel maximum pro Iunio eſſe poterat argumentum, ipſe non obſervavit; nempe Pliniũ Belgicæ initiũ à Scaldi flumine ſumere. Quâ ratione reliquum, quod Scaldin inter eſt & Rhenum, Germaniæ conceſſiſſe videri poterat. Cui rei conſentire videtur id, quod ſu-

pra

pra cap.13.eod.lib. perſcripſerat; *Totum*, inquiens, *hoc mare* (à Cimbrorũ promontorio) *ad Scaldin uſque fluvium Germanicæ accolunt gentes.* At non hæc fuit auctori mens, uti id terrarum, quod inter Scaldin Rhenumque ſitum, Germaniç ſolo tribueret. verùm indicare voluit Germanicam gentem hanc Galliæ partem incolere: veros autem Belgas, id eſt, Gallos, Galliæ indigenas, à Scaldi incipere. Idque liquet cùm ex Cæſare, Srabone, Melâ, Tacito, Dione, Ptolemæo, & alijs, qui omnes Galliam ad Rhenum pertexunt, tùm ex ipſo Plinio, in ſequẽtibus paullo pòſt, ſatis dilucidè ſcipſum explicante. *A Scaldi extra*, inquit, *Toxandri pluribus nominibus. deinde Menapij, Morini, Oromanſaci, juncti pago, qui Geſſoriacus vocatur: Britanni, Ambiani, Bellovaci, Vellocaſſi. introrſus Caſtalogi, Atrebates, Nervij liberi, Veromandui, Sueconi, Sueſſiones liberi, Silvanectes liberi, Tungri, Sunici, Leuci liberi, Treviri liberi anteà, & Lingones fæderati, Rhemi fæderati, Mediomatrici, Sequani, Rauraci, Helvetij: coloniæ Equeſtris & Rauriaca. Rhenum autem accolentes Germaniæ gentium in eâdem provinciâ, Nemetes, Triboci, Vangiones: hinc Vbij, Colonia Agrippinenſis, Gugerni, Batavi, & quos in inſulis diximus Rheni.* En vides? quemadmodũ Plinius, quamvis abinitio Belgicã Scaldi & Sequanâ fluminibus incluſerat, poſtea tamen eidem provinciæ, eos quoque populos, qui extra Scaldin ſint, Toxandros, & Menapios contribuat. Et licet dura hæc φράσις, intellectuque obſcura, *à Scaldi extra Toxandri*; de quâ dubitare quis poſſit, quem in ſenſum intelligenda; maximè quum & ipſi Toxandri alijs ſcriptoribus ignoti, aut ſaltem immemorati; tamẽ quia ex Cæſare, Tacitoque, & Ptolemæo conſtat, Menapios inter Scaldin & Rhenum incoluiſſe, haud dubitandum eſt, Plinium heic Toxandros eâdem regione collocaſſe, inter Menapios ac Batavos, quos paullo poſt infimos Rheni accolas, proximoſque Oceano facit. Toxandris dein jungit Menapios; his Morinos, jam intra Scaldim incolenteis. At quam diſertè Plinius, poſt memoratos Belgicæ Galliç po-

Plinius explicatur.

pulos Rhenum accolenteis Germaniæ gentium *in eádem provinciâ*, Galliâ Belgicâ ait eſſe Batavos. Imò quod majus eſt, maximeque in Iunij ſententiam pugnat, quos in inſulis Rheni capite præcedenti dixerat, Caninefates, Friſios, Marſatios, in eandem provinciam confert. Cui conſentire videtur Ptolemæus, tertium ſeu ultimum Rheni alveum in Galliâ Belgicâ recenſens. quod nos tamẽ ex Tacito, alijsque auctoribus temperamus, ad medium Rhenũ Belgicã reſtringentes. Falſa igitur hęc priora duo Iunij ſunt teſtimonia, ex Plinio ac Plutarcho adducta. Tertium jam conſideremus. quod hujusmodi ex Tacito citat: *Clariſſimè verò Tacitus Hiſtor. 20. Batavi*, inquit, *donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſticâ pulſi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimulq́ue inſulam Rheni inter vada ſitam occupavêre. Hic eximit omnem dubitandi anſam, quando extremos Belgicæ oræ fines colonis vacuos, quos Rhenus alluebat, à Batavis occupatos ſcribit*, & paulo pòſt: *deinde addit Rheni inſulam.* Hic Tatiti locus, quem pro ſe citavit, planè contra eum facit. Quidpe Tacitus diſertè heic diſcrimen Galliæ, Germaniæque, per geminum gentis nomẽ deſingnat. Donec trans Rhenum fuerint, Cattos dictos; ex quo cis Rhenum incoluerint, Batavos. Rhenum autem Tacito conſtanter appellari medium alveum, qui Batavorum inſulam finit, ſatis infra in Friſijs demonſtrabitur. Batavi igitur in Galliâ ex Taciti ſententiâ omninò cenſendi ſunt. At ſi tamen pertinaciter Iunius Vahalem terminum Galliæ fuiſſe contendat; quæro, ubi eos poſuerit, qui citra & Rheni nomen, & Moſam, Vahalemq́ue extra inſulam Batavi egerunt? Sanè hi ſaltem in Galliâ. Quid igitur? an diſtinguendũ inter Batavos Gallos, & Batavos Germanos? Quis ita veterum geographorum vel hiſtoricorum? quis recentium? Reperio neminem. Nec igitur Iunio primo auctori hac in re ſit auctoritas. Quartum argumentum eſt: *Si Rhenus fluvius Germaniæ proprius eſt; complexu ſuo, tanquam cancellis, ambitam inſulam quoque in jus ſuum pertrahit.* Hoc certe argu-

Plinius ac Ptolemæus omnes Rheni tricornis inſulas Belgicæ provinciæ tribuunt. at minus rectè.

Tertium Iunij argumẽtum ex Tacito.

Quartum argumentũ, in Rheno amne.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

argumentum nihil magis valet, quàm illud, quo ſupra per Druſi foſſam, Friſiorum, Marſatiorumque terras, inter Rhenum & Iſelam ſitas, Batavorum nomini acceſſiſſe arguit. At quis veterum auctorum tam ſtricto jure Rhenum Germaniæ adſeruit, uti non idem Galliæ fluvius perhiberi poſſit. Servium Honoratum audi, qui ad hęc Virgilij verba, *Rhenusq́ bicornis*, diſertè Galliæ fluvium appellat. Sed Servius ſi non ſatis probatur, majoris auctoritatis Catullum audi, idem facientem: *Rhenus tam Galliæ, quã Germaniæ fluvius eſt.*

Sive trans altas (inquit) *gradietur Alpeis,*
Cæſaris viſens monumenta magni
Gallicum Rhenum, horribilesque & ultimosq́ Britannos.

Quis Tanaim non æquê Aſiæ amnem, ac Europæ dixerit? Viſtulã tam Germaniæ, quã Sarmatię? Varum tam Galliæ, quàm Italię? Strymona tam Macedoniæ, quàm Thraciæ? At concedamus, ſi licet, argumẽtum Iunij in Batavorũ inſulâ valere; quid igitur Batavis cis Vahalẽ fiet? Diſtinguendi erunt? Abſurdè ſcilicet. Quid Vbij? quid Vangiones? quid Triboci? quid Nemetes? ubi conſiſtent? quorum eadem ratio, eademque conditio: Vniverſi Germanię populi; univerſi in Galliâ Belgicâ à Plinio poſiti. Quinctum jam videamus argumentum, quod his continetur verbis: *Quid quod Cattos Aborigenes Germaniæ non belli iure, ſed longâ poſſeßione, & uſucapione, nunquam interpellatâ, ſuam feciſſe inſulam ſatis indicat.* Facilius erat inſulam vacuam, occupatione ſuam facere, quàm Germaniæ nomen Gallico ſolo inferre. quod ne vniverſi quidem illi Belgæ à Germanis orti potuére. Hos quidpe frequenter Cæſar in Commentarijs belli Gallici, Gallos modò, modò Germanos appellat; ſolum ipſum nunquam niſi Galliam. At ſi hoc Iunij argumentum valere cenſeas, eádem operâ credas, Oretanos in Hiſpaniâ, longâ poſſeſſione ſolum ſuum effeciſſe Germaniam; Phocæos item in Galliâ circa Maſſiliam opidum, Gręciam. Ego equidẽ haud neſcius ſum, fuiſſe antiquitus etiam cis Rhenum nomen ſu- *Quinctum argumentũ.*

perioris, inferiorisque Germaniæ. verùm id à Romanis impoſitum fuit, quum ipſam Germaniam trans Rhenum armis peterent. Galliæ tamen ſemper terminus manſit Rhenus; ut fuſiùs ſuo loco oſtendetur.

Sextum argumentum, ex Tacito.

Sextum argumentum eſt: *Quod ſi Mattiacos, qui nunc Selandi audiunt, in libello de Germanorum moribus, inter Germaniæ populos recenſit* (Tacitus) *quorum inſulas non omnes Rhenus adit, quanto juſtiùs Batavos Rheni proprietarios.* Hoc argumentum geminum in ſe habet errorem. Primus eſt, quòd non omnes Germaniæ populi, Germaniam, ut ante demonſtratum, incoluerunt: alter, quòd Mattiacos, quos trans Rhenum Tacitus Pliniusque & Marcellinus diſertè collocant, Iunius cis Rhenum malè cum imperitorum vulgo interpretatur Selandos.

Septimum argumentũ, ex Vibio Sequeſtro.

Septimum eſt: *At litem ipſam vel iſte fluvius componat, ac dirimet, verbis Vibij Sequeſtri; qui libello de amnibus, Rhenus, inquit, Belgas à Germanis ſegregans.* Rectè Vibius pro noſtrâ ſententiâ. at in inferiore finminis parte medius alveus accipiendus, non Vahales. Huic argumento oppono ipſius Iunij primum argumentum; ubi ait: *Plinium Batavos cum Vbijs & Gugernis Germaniæ populis adnumerare.* Vbij & Gugerni Plinio cis Rhenum in Belgicâ. ergò, ſi rectè his adnumerantur Batavi; & ipſi cis Rhenũ in Belgicâ cẽſendi.

Nonum, ex Panegyrico Maximiano dicto.

Huic argumẽto conſimile eſt nonũ: *Panegyricus Maximiniano Auguſto dictus, Romanorũ imperiũ Rheno terminat his verbis: Rhenũ videtur ipſa ſic natura duxiſſe, ut eo limite Romanæ provinciæ, ab immanitate Barbariæ vindicaretur.* Heic etiam, quà Oceano Rhenus adpropinquat, medius alveus, nominis juxta & muneris dignitatem perpetuò ferens, intelligendus erat. Sic ſuprà Servius Honoratus bicornem Virgilij Rhenũ in duos alveos rectè expoſuit; unum, quo Romanum finiatur imperium, id eſt, Gallia, medium ſcilicet, nomen ſervantem: alterum, qui interfluat Batavos, ubi jam Vahal vocetur.

Octavum, ex Tacito.

Octavum: *Tacitus eõdem* (quò Vibius Sequeſter) *facit, qui Vahalim alterum Rheni alveum ad Gallicam ripam latiorem placidioremq; affluere dicit.*

Ex quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Ex quo liquido cognoſcimus, Galliæ Belgicæ dominatum includi fluento Rheni. Concluſio mala eſt. Rheni fluento finiri Belgicam nos non negamus. at quum tria ſint amnis fluenta; duo ab hoc munere excludēda erant, unum ſtatuendū. En nos duo extrema excludimus; medium agnoſcimus. Tacitus cum maximè pro nobis facit. cujus verba Annal. 2. hęc ſunt, jam ſępè nobis patrocinata: *Apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur; ſervatq́, nomen & violentiam curſus, quà Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt.* Duos ſcilicet alveos uti commonſtraret Tacitus, alterum Germaniam prævehi, & nomen violentiamque curſus ſervare docet; alterum latiorem placidioremque in Vahalis vocabulum nomen Rheni mutare, & ad Galliæ ripam, id eſt, Gallicæ oræ extrema affundi. Sic ipſe Tacitus ſeſe explicat Hiſtor. 4. ubi *Batavos extrema Gallicæ oræ, vacua cultoribus, ſimulq́, inſulam inter vada ſitam*, ait *occupaſſe*. Item lib. de Germaniâ; ubi, *Batavi*, inquit, *non multum ex ripâ, ſed inſulam Rheni amnis colunt.* Rectè nimirum ripam & extrema Gallię Vahale Moſæq; ore terminavit: quia ulteriora jam non in continente, ſed in inſulâ. quæ non minus pars eſſe Galliæ poteſt, quàm Britannia Europę; licet hujus extrema, ſive litora, ad oſtia Sequanę, Sommonæ, Scaldis & Rheni fluminum deſcribas. Hinc igitur natum eſt Iunio omnis erroris principium, quòd hoc non intellexit. Hinc verba auctoris quum aſſequi nequiret, perperam ac perversè cap. 8. & 9. expoſuit; Vahalem Belgicæ terminum cōſtituens, Rhenum verò (ſic nominat falsò flumen, quod Nabalia erat, ut in Friſijs docebitur, quia Tacitus illud, quod Germaniam prævehatur, nomen ſervare ait) poſt Iſelam dictum, Germaniæ. Quid, quæſo, abſurdius dici poterat? Si Galliæ Belgicæ terminus Vahales, Germanię verò Iſela, Batavia Iunij neque in Galliâ, neque in Germaniâ. Vbi ergò eam collocabit? cujus gentis partem faciet? Scythiæ? an Æthiopiæ? Indię? an Hi-

Inſula Batavorum extra Gallicæ ripam, quomodo pars Galliæ.

Error Iunij unde natus.

Batavia Iunij neque in Galliâ, ne-

que in Germania. hinc alijs error, extra provincias Romanas eam cenſendi.

ſpaniæ? Sequentibus certè ſe ſcriptoribus, his miſerè impoſuit, uti ij Batavos extra provincias Romanas cenſuerint; Medium alveum Taciti tempore nomen violentiamque curſus ſervaſſe inſulamque Batavorum terminaſſe, jam antè ſatis comprobatum eſt. Hunc igitur quum auctor Germaniam prævehi dicat, fruſtra eſt, ſi vel Iſelam, vel Vahalem Germanæ Gallię que limitem interpreteris. Decimum teſtimonium eſt D. Ambroſij, *Qui Rhenum* ait *eſſe memorandum Romani Imperij murum adverſus feras gentes.* En omnes auctores in rem unam eandemque conſentiunt; nec quidquā contra nos faciunt; modò verum ex tribus alveis terminum Germaniæ intelligas. At Iunius, poſtquā unum auctorem Corn. Tacitum de Rheno, qui Germaniam prævehitur, malè interpretatus eſt, omneis eodē errore ad ſuam ſententiam pravè detorſit. Iam verò undecimum ejus argumentum quis ſatis miretur? quidpe omnia præcedentia ſubvertit, atque erroris convincit. Sic ſcilicet ſæpiùs Iunius ſecum ipſe luctatur. *Accedit,* inquit, *quòd Bataviæ Plinianæ pars, ut in Germanis pòſt docebo, à Germaniæ ſolo abſciſſa per Druſi exercitum fuerit, & Cisrhenanæ appellationi Tacito obnoxia, nimirum Velavia, cum toto Trajectenſis ditionis tractu.* Age igitur, ſi Germaniæ ſolo abſciſſa; cui adnexa, niſi Gallię? ſi Ciſrhenanæ; cujus provinciæ, niſi Belgicæ? Rhenus quidpe terminus inter Belgicam & Germaniam; quà ferè ſpectant Plinius & Ptolemæus, ad Flevum uſque oſtium Belgicam proferentes. At ſi hæc pars Ciſrhenana Tacito dicitur; quomodò ex eodem auctore, tot argumentis probare voluit, Bataviam in Germaniæ ſolo eſſe? Implicitus animi errore certè hic homo fuit haud modico. Sed magna nobis pollicetur, poſt in Germanis ſe nos docturū. Quæſo videamus, ſi lubet, cujusmodi iſta ſint. cap. 9. ſic ſcriptum reliquit: *Liquet ergo eo alveo* (Iſelâ) *ceu termino Germanorum fines occiduos prætexi, includiq́;: quandoquidem non ambiguè loquitur* (Tacitus) *à Druſianæ foſſæ capite, ad exitum uſque fluminis in borealem Oceanum*

Decimum argumentū, ex D. Ambroſio.

Vndecimum argumentū omnia præcedētia ſubvertit.

num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

num excurrere Rhenum; quo tanquam cardine Germania, quam lata ſit, definiatur. Hîc mecum conſideret ſtudioſus lector, quod à nemine hucusque obſervatum ſcio, qui ſint quos Tacitus Germanos cis Rhenum colentes appellet: eum dubitationis ſcrupulum eximit ductus ille foſſæ, qui Transrhenanã Germaniæ oram à Cisrhenanâ bipartitur; illam Tranſiſulanam, hanc Velaviam noſtra tempora nuncupant. Neceſſariò namque iſtud de poſteriore ſanciendum conſtituendumq́ eſt, quæ ante repetitam toties ſcrobis egeſtionem, ac terrarum abſciſſionem ſocia, individua & connexa alteri ab omni ævo fuerat, ex quâ auxiliares, tumultuariasq́ Germanorũ catervas cis Rhenũ colentium, Au. Cæcinnæ legato Germanicus Cæſar tradidit, uti totidẽ penè verbis à Tacito relatum eſt. Quid, malùm, quum toto cap. 4. Bataviam cum ex alijs auctoribus, tum ex ipſo Tacito Germaniæ attribuere laborarit, heic Galliæ adſerere eandem nititur? Quidpe ſi non ambiguè Tacitus Iſelâ Germaniam definit; certè citra Germaniam, in Galliâ collocat Batavorum inſulam. Sanè nugas agimus, tempusque fruſtra terimus. Ecquis verò unquam Cæſaris Tacitique ſuſpensâ duntaxat, quod dicitur, manu, Hiſtorias perlegit, qui neſciat, quinam Germani cis Rhenum, ſive Cisrhenani iſtis auctoribus dicantur? Nemetes ſcilicet, Treboci, Vangiones, Vbij, Gugerni, Menapij, Tungri, Nervij, Treveri, &, quos in controverſiam vocavit Iunius, Batavi, & Caninefates. non autem illi, quos inter medium Rheni alveum & Iſelam colenteis, conſtanter Transrhenanos appellaſſe Tacitum, infra docebimus. Illos autem tum Cæſar tum Tacitus, nunc Germanos, nunc Gallos promiſcuè vocant. Vtinam igitur ne tunc quidem obſervaſſet Iunius, quod ante ſe neminem obſervaſſe, magno ſuo gaudio, magnaque gloriâ jactat. Atque hęc ſunt ejus argumenta, teſtimoniaque, quibus Bataviam ſuam à Galliâ divellere, Germaniæque vindicare ſe poſſe confiſus eſt. Quibus univerſis ac ſingulis diſſolutis, poterat jam æquus lector diligentiæ atque ſedulitati noſtræ acquieſcere, quâ Galliæ Batavos ſuos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

reſtituimus. Verùm, quod nobis ubique inſtitutum eſt, uti non modò contrarias ſententias convellamus; ſed noſtras etiam firmemus; alia quoque teſtimonia, argumentaque, præter jam adducta, ex Tacito, ubi disertè ac perſpicuè Batavos unà cum Caninefatibus Galliæ Belgicę tribuit, in medium proferre conſilium eſt.

Teſtimonia ex Tacito, argumentaque, quibus Batavi Galliæ adſeruntur.

CAPUT XI.

TAcitus igitur lib. 4. Hiſtor. Gallias deſciviſſe narrat; initium autem belli à Batavis ortum, qui inſulam Rheni, ad extrema Gallicæ oræ tenebant. Ergò Batavos haud dubiè inter Gallos cenſuit. Lib. de Germaniâ; ubi Germanię populos enarrat; *Angrivarios,* inquit, *& Chamavos à tergo Dulgibini, & Chaſuari claudunt, aliæq; gentes haut perinde memoratæ. A fronte Friſij excipiunt. Maioribus, minoribusq; Friſijs vocabulum eſt, ex modo virium: utræque nationes uſque ad Oceanum Rheno prætexũtur, ambiuntq;, immẽſos inſuper lacus, & Romanis claßibus navigatos.* En ambire ait Friſios, immenſos iſtos lacus, quorũ maximus nunc **Zuyderzee** dicitur. Si ambiunt, etiam cis lacum & Iſelam flumen ſunt. Si Rheno prętexuntur, Transrhenani ſunt appellandi, non verò Cisrhenani, uti falsò interpretatur Iunius. Annal. 4. *Eodem anno,* inquit auctor, *Friſij Transrhenanus populus pacẽ exuère.* Itẽ Hiſt. 4. ubi Batavi, Caninefatesq; rebellare cepére, *Statimq; accitis,* inquit, *Friſijs (Transrhenana gens eſt) quarum cohortium hiberna, proximo occupato Oceano irrumpit.* Viden', uti omneis Friſios, tam majores, quàm minores, tam cis lacum, quàm ultra lacũ & Iſelam incolenteis, ſine ullâ diſtinctione Transrhenanos appellat. Fallitur igitur Iunius, qui populos inter medium Rheni alveum, & Iſelam, Cisrhenanos appellatos Tacito adfirmat. falſoque Rheni nomen

nomen Iſelæ,tanquã ex Taciti auctoritate,tribuit. At notandum erat in hiſtoriâ Taciti,dum is Friſijs tandem Transrhenanorum cognomen tribuit, quod Batavis, Caninefatibusq́ue,de quibus ei ante ſermo erat,haud item dederat;hos pro Cisrhenanis,id eſt,Belgis Gallis,eum habuiſſe. Dicto lib. 4. Hiſtor.ubi Civilis Batavus univerſæ Galliæ rebellionem ſuadet;*Provinciarum ſanguine*,ait,*provincias vinci.ne Vindicis aciem cogitarent.Batavo equite,protritos Æduos, Arvernosq́. fuiſſe inter Virginij auxilia Belgas. vereq́ reputantibus, Galliam ſuis viribus concidiſſe.* En ut diſertè Batavos, Æduos, & Arvernos in eádem pariter provinciâ Galliâ recenſet. Item Batavos inter Belgas. Nã & alij Belgæ fuére inter Virginij auxilia, & Batavi Belgæ contra Æduos,& Arvernos,eorumq́ue ducem Vindicem. Hiſtor. 2. *Irritabat quin etiam*,inquit,*Batavos,Transrhenanosq́ Padus ipſe.* Et Hiſt. 4. *Batavi*,inquit,*Transrhenaniq́, quò diſcreta virtus manifeſtius ſpectaretur, ſibi quæque gens conſiſtunt, eminus laceſſentes.* En iterum atque iterum quàm diſertè Batavos à Trãsrhenanis diſtinguit. Illi igitur Cisrhenani,in Gallico ſolo. Sic eod.lib.mox infra:*Cõtuſis*,inquit,*Vbijs,gravior, & ſucceſſu rerum ferocior Civilis,obſidium legionum urgebat: intentis cuſtodijs,ne quis occultus nuncius venientis auxilij penetraret. Machinas molemq́ operũ Batavis delegat: Transrhenanos prælium poſcenteis,ad ſcindendũ vallum ire, detruſosq́ redintegrare certamẽ iubet.* Item inferius,ubi Treviros,Lingonasq́ue Cerialis alloquitur;*An vos*,inquit,*cariores Civili Batavisq́ & Transrhenanis creditis, quã maioribus eorum patres,aviq́ veſtri fuére?* Et Hiſt. 5. *Civilis haut porrecto agmine,ſed cuneis adſtitit. Batavi Gugerniq́ in dextro: læva ac propiora fluminis,Transrhenani tenuére.* Ac paullo poſt:*Stare Germanos,Batavosq́ ſuper veſtigia gloriæ.* Vbi Germanos intelligit Transrhenanos, vti liquet ex contextu hiſtoriȩ. Hinc igitur eſt,quod idem Civilis,apud Alpinum Montanum Trevirum,concionans, Batavos, Caninefatesq́ue Galliarum portionem adpellat; quem locum Iunius,ſi tot, tamq́ue gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

via argumenta ſatis perpendiſſet, nunquam ſanè à vero auctoris ſenſu detorquere aggreſſus foret. Integrum adſcribere lubet, quò inſtituto ſatisfiat. *Egregium*, inquit Hiſtor. 5. *pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & ſæviſſimas huius exercitus vices, quibus ad ſupplicium petitus, iure gentium pœnas repoſco. Vos autem Treveri, ceteræq́; ſervientium animæ, quod pretium effuſi totiens ſanguinis expectatis, niſi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, ſecures, & dominorum ingenia? En ego præfectus unius cohortis, & Caninefates, Bataviq́;, exigua Galliarum portio, vana illa caſtrorum ſpatia excidimus, vel ſepta ferro fameq́; premimus. denique auſos aut libertas ſequetur, aut victi ijdem erimus.* Scilicet Civilis Batavus Gallus, Montanum Trevirum Gallum in parteis tranſire, communemq́ue libertatē vindicare hortatur. Caninefates & Batavos vana caſtrorum ſpacia excidiſſe, ait, (quod factum in Batavorum inſulâ, eod. lib. ſupra auctor memorat) nec de Friſijs, qui unà ad caſtrorum excidium adfuerunt, quidquam adiicit. videlicet quia Transrhenani, Germaniæ, non Galliæ, portio. Henricus Savellus Anglus, qui quatuor Taciti libros Hiſtoriarum in Anglicum ſermonem convertit, notasq́ue ad auctorem doctiſſimas addidit; vulgari Iunij, aliorumq́ue opinione, de Batavorum ſolo, præoccupatus, cùm ad iſta verba perveniret, *Caninefates, Bataviq́;, exigua Galliarum portio*; *Tacitus*, inquit, *alijs quibusdam in locis ſub Germanorum nomine comprehendere eos videtur.* Quaſi verò ſolus Batavos cis Rhenum in Gallico ſolo Germanos appellaverit Tacitus, non etiam Trebocos, Treveros, Vangiones, Nemetas, Vbios, Nervios. Quorſum igitur iſthæc dubitatio? niſi quia & ipſe Savellus Batavos Germaniæ Transrhenanæ portionē intellexit cum Iunio. Verùm vel ex eo ſatis liquet, Batavos Gallis accenſitos, quia Galli rebellantes Civilem belli ducem ſequuti ſunt, eiq́ue ſummam rerum cōceſſerunt. Quod, Germanus ſi fuiſſet Transrhenanus, haud facilè facturi. Hinc Tacitus eodē libro de Agrippinenſibus obſeſſis;

miſſis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

miſſis, ait, *ad Civilem legatis, vitam orantes. Neq́ ante preces admiſſa, quàm in verba Galliarum iurarent.* At de ipſo Civile paulo pòſt: *Ceterum neque ſe*, inquit, *neque quemquam Batavum, in verba Galliarum adegit: fiſus Germanorum opibus, & ſi certandum adverſus Gallos de poſſeßione rerum foret, inclitus famâ & potior.* Si Germani Transrhenani Batavi non tenebantur, *pro imperio Galliarum* vel, *in verba Galliarum jurare* haud igitur attinuiſſet: hæc referre. At Gallus in Galliâ Civilis imperium ſperabat. de hujus poſſeſſione ſi adverſus Gallos certandum, Germanorum Transrhenanorum opibus id facere ſe poſſe confidebat. Hinc eſt, quod ſupra eod. libro quum Batavos ſuos in arma libertatemque animaret, *Attollerēt tantum*, ait, *oculos, & inania legionum nomina ne paveſcerent. eſſe ſibi robur peditum equitumq́, conſuangineos Germanos.* Scilicet Cattos Mattiacosque. Sic enim auctor poſtea eod. lib. *Diſceſſerant obſeſſores mixtus ex Cattis, Vſipijs, Mattiacis exercitus.* Quidam arguit ideo Civilem *neque ſe, neque quemquam Batavum in verba Galliarum adegiſſe, quia non decebat populum liberum, & pro libertate pugnantē in aliena verba jurare.* Quo argumento Batavos, ut anté dictū, á provinciâ Romanâ exemtos fuiſſe demonſtrare volunt. Verum conſiderandum erat Civilem, ſpe regni inductum, magis heic vim, quám jus, aut quod fieri debebat, exercuiſſe. Quidpe annon diſerté ſeque & ſuos Batavos *portionem Galliarum* profitetur? Communis igitur terræ populi, communi ſtudio fideque, communem libertatem vindicare debebant. Nec minus reliqui Galli, amoto Romanorum imperio, in communem libertatem Galliarum conjurabant, quam Batavi pro libertate ſuâ bellum ceperant. Et quis, Romano amoto, Gallorum dominus? Nemo. omnes liberi: ſui quiſque populus juris, haud minus quam Batavi. Sed regnum quum affectaret Civilis, juris jurandi, quod in communem libertatem daret, religione obſtringi ſe ſuosque noluit. Merito igitur irriti argumentationis ab hoc loco repellantur illi. Nunc reliqua exſe-

Taciti mens explicatur contra pravè torquenteis.

qui pergamus. Tacitus eodem lib. inclinationem Gallicæ rebellionis perſequens; *Scribuntur*, inquit, *ad Treviros epiſtolæ, nomine Galliarum, vt abſtinerent armis, impetrabili veniâ, & paratis deprecationibus, ſi pæniteret. Reſtitit idem Valentinus, obſtruxitq́; civitatis ſuæ aures, haut perinde inſtruendo bello intentus, quam frequens concionibus. Igitur nō Treveri, neque Lingones, ceteræ ve rebellium civitates, pro magnitudine ſuſcepti diſcriminis agere, nec duces quidem in unum conſulere. Sed Civilis avia Belgarum circumibat: dum Claudium Labeonem capere, aut exturbare nititur.* Quid, quæſo, Civilis, ſi Transrhenanus ex Germaniæ ſolo inter Galliæ duces? quid idem in aviis Belgarum? quid Labeo Batavus ibidem? aut quomodó hic, ſi Germanus Transrhenanus, Bethaſios, Tungros, Nerviosq́ue Belgarum populos, longius á Rheno diſſitos, in arma atque obſequiū (quod memorat Tacitus) traherepotuit? Haud facilé ſanè. Infra eod. lib. Civilis Batavus, & Claſſicus Trevir, miſêre, vt ajt auctor, *epiſtolas ad Cerialem. Si Cerialis imperium Galliarum velit; ipſos finibus civitatum ſuarum contentos?* Galliæ igitur civitas fuêre non minus Batavi quám Treveri. Germani Transrhenani nihil heic paciſcebātur. Sub finem lib. 4. Hiſtor. Mucianus de tu multu Galliarum verba faciens; *Quoniam*, inquit, *benignitate deûm fractæ vires hoſtium forent; parum decore Domitianum, confecto prope bello, alienæ gloriæ interventurum. Si ſtatus imperij, aut ſalus Galliarum in diſcrimine verteretur, debuiſſe Cæſarem in acie ſtare. Caninefates Batavumq́; minoribus ducibus delegandos.* Heic etiam haud obſcuré Batavi ſimul & Caninefates pro exiguâ (vt ſupra dixit Civilis) *Galliarum portione* habentur. Libro de Germania *Quæ nationes*, inquit auctor, *é Germaniâ in Gallias commigraverint, expediam.* Enumeratque Treveros, Nervios, Vangiones, Treboces, Nemetes, Vbios. moxq́ue ſubijcit: *omnium harum gentium* (quæ in Gallias commigraverint) *virtute præcipui Batavi.* Lib. 5. Hiſtor. Sic auctor de Civile; *Quin & diruit molem à Druſo Germanico factam, Rhenumq́; prono alveo in Galliam*

liam ruentem, disjectis quæ morabuntur, effudit. Sic velut abacto amne tenuis alveus, inſulam inter Germanosq́;, continentium terrarum ſpeciem fecerat. Viden', vt inſulam á Germaniâ ſeperat, Galliæque nomini tribuit? Rhenum alveo ſuo abactum, in Galliam effuſum ajt. Vbi hanc putas eſſe Galliam? Citra Moſam Vahalemque? an in ipsâ Batavorum inſulâ? Si dixeris, Citra Moſam aut Vahalē; ingētis erroris pudore teneberis. Quidpe ſi Vahalē abegit Civilis, certè in Moſam effudit. ubi nihilominus inſulæ alicujus species manſit. Si & Vahalem & Moſam abegiſſe adfirmaveris; haud facilé invenias, qui fidem tibi habeat. Quin Tacitus aliquid eâ de re retuliſſet. At Iſelam amnem, quem ineptè Germaniç terminum ſtatuit, abactum vult ipſe Iunius. Id quam abſurdum ſit dictu, ſatis jam anteà demonſtratum eſt. Medium alveum nomen Rheni perpetuó tuliſſe, eundemque terminum fuiſſe Batavorum inſulæ, ac per Civilem in Leccam effuſum, ſupra ſatis probavimus, Quum igitur Lecca mediam fere ſecet inſulam, in manifeſto eſt, ipſam inſulam Galliam hic appellaſſe Tacitum. Atque hâc ratione clara expeditaque fient auctoris verba, *abacto amne tenuem alveum, inſulam inter Germanosq́;, continentium terrarum ſpeciem feciſſe.* Quæ facies etiam nunc manet; Rheni oſtio jam penitus obſtructo. Vahali autem ac Moſæ, & Iſelæ, lacubusque in quos Iſela effunditur, nunquā tale quid evenire potuit. Atque hæc fere ſunt teſtimonia ex Taciti ſcriptis, quibus Batavos Galliæ ſolo ſatis adſertos putamus. Ac forte minus diu, amice lector, in his hęſimus. tædium te jamdudum cepiſſe poterat, dum rem tam apertam, tamque manifeſtam, luceque meridiana non minus claram, innumeris argumentorum cumulis perſpicuam reddere laboramus. Tanti ſcilicet erat verum, germanumque inter Germaniam Galliamque terminum ex antiquorum indicaſſe monumentis; Batavosque per Iunium abalienatos, ſuæ Galliæ reddidiſſe. Nunc ad reliqua pergere animus eſt.

Rhenus à Civile abactus, quomodo in Galliam effuſus dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

De Caninefatibus qui partem inſulæ Batavorum incoluerunt.

CAPUT XII.

BAtavorum agro ſumma, ut nobis videmur, diligentiâ circumſcripto, proxima cura erat, interna ejus, id eſt, opida, ſi qua fuerint, & pagos & domicilia indicare. Verùm id antequã fiat, Caninefatum, conſanguineorum ſociorumque Batavorum, ſedes priùs indicanda erit. Ioannes Stella Hiſpanus, in Batavorum inſulâ, ex Taciti, Plinijque auctoritate, eos collocavit. & rectè equidem. Quanquam Iunius, nimiùm ſannis indulgens, quam acerbiſſimè ſuper hac ſentẽtia eum proſcindit. Iunium ſequuti quotquot hactenus haſce oras deſcripſerunt, ultra medium Rheni alveum longiùs, in Friſiorum fineis, protulerunt. Verùm Iunius, quum Batavorum inſulam ad Iſelam, & lacum Flevum uſque à Tacito extendi tantopere contendat, miror ego, quâ ratione rectè Stellam Taciti verba intellexiſſe negare potuerit. Hoc enim vult Stella ex Tacito; Caninefates partem Batavorum inſulæ tenuiſſe. Iunius item inter Harlemum, & Alcomariam opida in eádem, ut ſibi videtur, Taciti inſulâ eos ponit. Convenit igitur Iunio cum Stellâ; quandoquidem uterque ex eodem auctore in Batavorum eos collocat inſulâ. At non convenit Iunio ſecum. Antea haud exiguo labore, inſulam Batavorum ad Iſelam, & lacus uſque protuliſſe Tacitum, probare adniſus eſt. Hoc autem loco ſatis ipſe intellexit, eundem auctorem dictam inſulam medio Rheni alveo finiſſe; intra quem Caninefates fuiſſe negat: ideoque Stellam reprehendit, tanquam malè Tacitum interpretantem. Sed ipſa Taciti verba ſuper eâ re inſpiciamus. Libro 4. Hiſtor. quum Galliæ deſciviſſent à Batavis id bellum ortum narraturus auctor Batavorũ originem, adventum ex Germaniâ in Galliam,

Caninefates in parte Batavorum inſulæ rectè ſtatuit Stella.

ſiam,inſulamque quam obſederint,quàm curatiſſimè ante deſcribit. Dein explicatis cauſis,cur arma Civilis Batavus, & ultionem in Romanos ſumſerit; *Civilis*,inquit, *primores gentis, & promtiſſimos vulgi, ſpecie epularum, ſacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitiâ incaluiſſe videt, à laude gloriaq́ gentis orſus, injurias & raptus, & cetera ſervitij mala enumerat.* Et recitata Civilis concione; *Magno*, inquit,*cum adſenſu auditus,barbaro ritu, & patrijs exſecrationibus, univerſos adigit. Miſſi ad Caninefates,qui conſilia ſociarent. Ea gens partem inſulæ colit,origine, linguâ,virtute,par Batavis:numero ſuperantur.* Negat heic,ut ante dictum, Iunius partem Batavorum inſulæ coluiſſe Caninefates;quum tamen Bataviam ſuam ex Taciti deſcriptione,ad lacus uſque, & Iſelam amnem proferat: quo ſpatio Caninefates ſuos nihilo minus collocat. At ſi negari hoc poteſt; velim ſcire, quam igitur ille inſulam heic intellexiſſe auctorem putet. Certè ſi alia fuiſſet, quum tam curioſus atque ſedulus illam deſcripſerit, hanc ſaltem nomine indicaſſe debuit. At quia eadem fuit, quam paulo antè egregiè ac graphicè deſignaverat; nomē heic nullum addidit. Sic mox infra, de eádem, poſtquā Romana caſtra à Caninefatibus ac Friſijs expugnata; *Signa*, inquit,*vexillaq́, & quod militum,in ſuperiorē inſulæ partem congregantur*. Niſi heic quoque jam tertiam aliquam inſulam, diverſam ab illis prioribus,intelligere malis: quod tamen haud temerè coneris. Sic enim Tacitus mox infra;*Vbi expugnata caſtra, deletas cohortes,pulſum Batavorum inſulâ Romanorum nomen, trepidi nuntij adferebant*. Sed uti res clarius appareat, totam hiſtoriam de Caninefatibus huc tranſcribere,&,quantum res poſtulaverit, obſcuriora exponere, conſilium eſt. Igitur *Civilis primores gentis* [Batavæ] *& promtiſſimos vulgi; ſpecie epularum ſacrum in nemus vocatos,ubi nocte ac lætitiâ incaluiſſe videt, à laude gloriaque gentis orſus,injurias & raptus, & cetera ſervitij mala enumerat. Neque enim ſocietatem,ut olim,* [non] jam ut ſocios Romanorum] *ſed tanquam mancipia haberi. Quando legatum, gravi*

Taciti Hiſtoria de Civilis rebellione, & caſtrorū Rom. expugnatione exponitur.

quidem comitatu, & ſuperbo cum imperio [quod ante ſolebat fieri] *venire? tradi ſe præfectis centurionibusq́. Quos ubi ſpolijs & ſanguine expleverint, mutari exquirique novos ſinus, & varia prædandi vocabula. Inſtare dilectum, quo liberi à parentibus, fratres à fratribus, velut ſupremùm dividantur. Nunquam magis afflictam rem Romanam* [certantibus pro imperio Othone, & Vitellio, Veſpaſianoque] *nec aliud in hibernis* [in ipsâ Batavorum inſulâ, prope Oceanum, ut mox ſequitur infra] *quam prædam & ſenes: attollerent tantũ oculos, & inania legionum nomina* [quia ſenes, viribus, ut ait infra, cohortiũ abductis: nomẽ magis exercitus, quã robur] *ne paveſcerent. Eſſe ſibi robur peditũ equitũq́, cõſanguineos Germanos* [Cattos, & Mattiacos, quos auxilio ei veniſſe infra paret eod. lib.] *Gallias idem cupientes: ne Romanis quidẽ ingratũ id bellum, cujus ambiguam fortunã Veſpaſiano imputaturos: victoriæ rationẽ nõ reddi. Magno cũ adſenſu auditus,* [à Batavis] *barbaro ritu, & patrijs exſecrationibus univerſos* [Batavos] *adigit.* Aperuit hactenus ſuis injurias & mala. oſtẽdit occaſionẽ ultionis, & ſpem libertatis. oſtendit & modũ invadendi hiberna ad Oceanum, & interficiendi militẽ, in ſua inſulâ, quã geohraphicè admodũ paullo antè depinxit auctor. Igitur factâ conjuratione uti tantis conatibus vires ſufficerent; vel etiam ne obſtarẽt, aut impedirent caſtrorũ excidium Caninefates, quod facilè poterant, ſi Romanorum amicitiam ſequuti fuiſſent, quia in eádẽ cum Batavis inſulâ) *miſſi ad Caninefates, qui cõſilia* [Batavorum de oppugnandis caſtris, interficiendisq́ue militibus] *ſociarent,* [cum amicis ejuſdem generis, & vicinis, imò inquilinis. Nam] *ea gens partem inſulæ* [Batavorum, quam curatè paullo antè deſcripſit auctor] *colit, origine* [ex Cattis] *linguà* [Catticâ dialecto] *virtute* [& unà militabant. hinc paullo pòſt: *Iiſdem diebus Batavorum & Caninefatium cohortes cum juſſu Vitellij in urbem pergerent, miſſus à Civile nuntius aſſequitur*] *par Batavis* [& fortè dum ipſis domo unà profecti; aut poſtmodum ad eos, ceu cõſanguineos tranſgreſſi; & tanquã amici,

ejus-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ejusdemque originis advenæ in partem inſulæ recepti] *numero ſuperantur*. [Hinc inſula à potiore numero, Batavorum, non Caninefatium dicta eſt] *Mox occultis nuntijs pellexit* [Civilis, rebellionis auctor, & dux poſteà] *Britannica auxilia, Batavorum cohortes* [VIII. quæ in lingonum civitate auxilia erant XIV. legionis] *miſſas* [ex Italiâ] *in Germaniam, ut ſupra rettulimus, ac tum Magontiaci agentes. Erat in Caninefatibus ſtolidæ audaciæ Brinio, claritate natalium inſigni, pater ejus multa hoſtilia auſus, Cajanarum expeditionum ludibrium* [quum *belli*, ut tradit Suetonius in C. Caligulâ, *deficiente materiâ, paucos de cuſtodiâ Germanos traijci, occuliqúe trans Rhenum juberet; ac ſibi poſt prãdium, quàm tumultuoſiſſimè adeſſe hoſtem nuntiari*. & quæ ſequuntur] *impunè ſpreverat*, [præſens in inſulâ, nam inferiore inſulæ parte ad Oceanum, ut hæc facta circa Lugdunum, liquet ex Suetonio.] *Igitur ipſo rebellis familiæ nomine placuit* [Civili, Batavis, Caninefatibus] *impoſitusqúe ſcuto, more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus, dux diligitur* [conatuum Civilis, ad opprimendos, interficiendosque militeis in inſulâ Batavorum] *Statimqúe accitis* [à Batavis & Caninefatibus, ad augendas vires, in inſulam Batavorum, ad oppugnanda hiberna] *Friſijs (Transrhenana gens eſt)* Rhenum medium eſſe terminum, & Batavorum inſulæ, & Galliæ, ante demonſtratum eſt. Caninefates Transrhenanos haud appellavit auctor: ſed hos tandem Friſios. Ergò Caninefates Cisrhenani; & per conſequens, in Batavorum inſulâ, Galliæ extremâ parte. nec alia dari poteſt inſula citra medium amnis alveum. Id autem maximè notandum; quòd auctor Friſios Transrhenanam gentem à Batavis Caninefatibusque accitos ait, ſcilicet in inſulam, ubi expugnãda erant caſtra. Caninefates autem non item accitos: ſed miſſos tantum ad eos, qui ſociarent conſilia. videlicet, quia hi jam antè in inſulâ.] *duarum cohortium hiberna, proximo occupato Oceano irrumpit* [Brinio in inſulâ Batavorum] *Nec præviderant impetum hoſtium milites: nec ſi prævidiſſent, ſatis virium ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

arcendum erat. *Capta igitur & direpta caſtra; dein vagos, & pacis modo effuſos lixas, negotiatoresq́ue Romanos invadunt. Simul excidijs Caſtellorum* [in quibus erant negotiatores] *imminebant: quæ à præfectis cohortium incenſa ſunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaq́ue, & quod militum, in ſuperiorem inſulæ partem* [ex inferiore, quâ pulſi] *congregantur* [in ſuperiora caſtra, quæ erant Batavoduri, Vadæ, Grinnibus, & Arenaci. hos enim tum temporis vicos ad ſiniſtram Rheni ripam, in ipsâ Batavorũ inſula fuiſſe, mox infra docebimus] *duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus, quàm robur. Quidpè viribus cohortium abductis, Vitellius è Proximis Nerviorum, Germanorumq́ue pagis ſegnem numerum armis oneraverat. Civilis dolo graſſandum ratus,* [omnis negotij dux occultus Civilis Batavus] *incuſavit ultrò præfectos, quòd caſtella deſeruiſſent: ſe cum cohorte, cui praerat, Caninefatem tumultum compreſſurum:* [Nulli igitur etiam tum ſe movebant ad apertum bellum Batavi. At quomodò Civilis cum cohorte unâ Caninefateis omneis comprimere potuit, ſi extra inſulam ultra Rheni latiſſimum alveum (nondum enim per Civilẽ abactus) illi tumultuati? In inſulâ Batavorum caſtra Romana eos expugnaſſe, haud cuiquam dubium eſſe poteſt. Extra inſulam ſedes eorum ſi fuiſſet; certè Tacitus vel uno verbo de adventu eorum in inſulã, ut de Friſijs, monuiſſet.] *illi ſua quiſque hiberna repeterẽt* [in inferiore inſulæ parte] *Subeſſe fraudem conſilio, & diſperſas cohortes* [per omnẽ inſulæ ripam, à ſciſſione Rheni ad uſque Oceanum] *faciliùs opprimi* [ſi in inferiora hiberna, ex ſuperioribus, quò congregati erant, deſcẽderent.] *nec Brinionem ducem ejus belli, ſed Civilem eſſe patuit; erumpentibus paullatim indicijs, quæ Germani læta bello gens, non diu occultaverunt. Vbi inſidiæ parùm ceſſere, ad vim transgreſſus* [Civilis] *Caninefates, Friſios, Batavos, proprijs cuneis componit. Directa ex diverſo acies, haut procul à flumine Rheno* [medio, qui nomen perpetuò ſervavit] *& obverſis in hoſtem* [Civilem, Batavos, Caninefates, Friſios] *navibus, quas incenſis Caſtellis illuc*

appule-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Pugna inter Civilem & Romanos in Batavorum inſulâ deſcribitur.

appulerant. [Romani. Prælium circa Culeburgum opidũ commiſſum conijcio. Haud dubiè enim Civilis ex inferiore inſulæ parte adveniens, ad prima Romanorum caſtra quæ erant Batavoduri, ut poſteà oſtendetur, adverſam aciem offendit. Duę igitur acies ad hunc modũ diſpoſitę fuêre. Civilis acies ex inferiore inſulæ parte profecta, inter opidum Culeburgum & Rhenũ conſtitit, in orientẽ verſa, Rheno amne lævo latere objacente. Romana acies, ex ſuperiore inſulæ parte obviam hoſtibus progreſſa, infra Batavodurum, noviſſima hiberna, adverſa conſtitit in occidentem verſus; Rheno amne & navibus eádem fronte in hoſtem obverſis, dextrum latus claudentibus.] *Nec diu certato, Tũgrorum cohors ſigna ad Civilem tranſtulit*: [á Romanis] *perculſiq́ milites* [Romani] *improviſâ proditione, à ſocijs* [Tungris] *hoſtibusq́* [Caninefatibus, Friſijs, Batavis] *cædebantur. Eadem etiam navium perfidia. pars remigum é Batavis, tanquam imperitiâ officia nautarum propugnatorumq́ impediebant. mox contra tendere, & puppes hoſtili ripæ obijcere.* [In eádem equidem ſiniſtrâ amnis ripâ naves manſerunt. In unâ quidpe atque eádem ripâ Romani, Civiliſque prælio contendebant. At hoſtilem appellat ripam auctor, inferiorem ripæ partem, quam hoſtis obtinebat. A Romanis igitur ad Civilem transgreſſas naveis innuit.] *Ad poſtremum gubernatores centurionesq́, niſi eadem* [id eſt, transfugere] *volentis trucidant, donec univerſa quatuor & viginti navium claſſis trãsfugeret, aut caperetur.* [ab hoſtibus, opera transfugarũ]. *Clara ea victoria in præſens*; & quæ ſequuntur. Hæc cuncta in Batavorum inſulâ geſta: pulſique hac victoriâ Romani. unde mox infra: *Vbi expugnata caſtra* [in inferiore inſulæ parte] *deletas cohortes* [in acie] *pulſum Batavorum inſulâ Romanum nomen, trepidi nuncij afferebant.* In quibus omnibus haud levia argumenta de Caninefatium in Batavorum inſulâ ſede; quæ haud facilé convulſeris. At alia etiam videamus. Tacitus eodem lib. Hiſtor. 4. Civilem ſic Montanum Treverum alloquentem introducit: *En ego præfectus unius cohortis,*

& Caninefates, Bataviq́, exigua Galliarum portio, vana illa caſtrorum ſpacia excidimus. Batavos fuiſſe citra Rheni nomen, & terminum Germaniæ, in ipſo Galliæ ſolo, ſatis antè comprobatum eſt. cum his igitur quum ſub eodem Galliarum nomine Caninefates conjungat auctor; & ipſos in Galliâ, citra medium Rheni alveum, Germaniæ terminum fuiſſe perſpicuum eſt. Et quia in inſulâ fuêre; inſula autem, ut ante dictum, citra medium alveum nulla eſt, niſi quæ Batavorum dicitur: neceſſariò ſequitur, hujus inſulæ partẽ eos obtinuiſſe. Auctor noſter eod. lib. infra; *Circumſteterat*, inquit, *Civilem & alius metus, ne quarta decima legio, adjunctâ Britannicâ claſſe afflictaret Batavos, quà Oceano ambiuntur. Sed legionem terreſtri itinere Fabius Priſcus legatus in Nervios, Tungroſq́ dixit. Æqúe Civitates in deditionem acceptæ. Claſſem verò Caninefates aggreſſi ſunt. majorqúe pars navium depreſſa, aut capta. Et Nerviorũ multitudinem ſpontè commotam, ut pro Romanis bellũ capeſſeret, iÿdem Caninefates fudere.* Quia in eádem, cum Batavis, inſulâ; ſuaque haud minus, quàm Batavorum, res agebatur. Proinde quum Batavi cum Civile domo abeſſent, iſti communeis agros defenderunt. Deniq; ſub finem ejuſdem libri, Mucianus de tumultu Galliarum verba faciens; *Si ſtatus*, inquit, *imperij, aut ſalus Galliarum in diſcrimine verteretur, debuiſſe Cæſarem in acie ſtare. Caninefates, Batavoſq́ minoribus ducibus delegandos.* Heic jam iterum non minùs Caninefates, quàm Batavos, Galliarum portionem facit auctor. Gallia autem medio Rheni alveo finitur. ergò Caninefates in nullâ aliâ, quam Batavorum inſula. Plinij quoque adijciatur teſtimonium. Is lib. 4. cap. 12. In *Rheno*, inquit, *ipſo, prope C. M. p. in longitudinem nobiliſſima Batavorum inſula & Caninefatum, & aliæ Friſiorum, Chaucorum, Friſiabonum, Sturiorum*, (lego *Friſiorum majorum, Friſiorum minorum*; cujus ratio infra reddetur) *Marſatiarum, quæ ſternuntur inter Helium & Flevum.* Hæc Plinij verba ita geographi noſtri (in quibus princeps Iunius) explicant, uti particulam, &, disjuncti-

disjuncti-

disjunctivam faciant,nõ conjunctivam. aliamque conſtituunt Caninefatum inſulam, ac diverſam ab inſulâ Batavorum. Verùm hos cum Tacitus tot locis modò allegatis,tum ipſe Plinius his ipſis verbis erroris coarguit. Quidpe ſub uno eodemque ſingulari numero,*nobiliſsimâ inſulâ*, & Batavorum,& Caninefatium nomen comprehendit. Poſt verò addit:*& aliæ*. Quod ſi Caninefatium inſula alia eſt ab inſulâ Batavorum,quare Plinius has voces, *& aliæ*, ante Caninefatium nomen haud poſuit? Certè aut eandẽ Caninefates cum Batavis inſulam coluiſſe concedant, aut Plinium malũ grammaticum fuiſſe arguant. Hoc haud temerè admiſerint.Ergò illud conceſſerint.At ſi Caninefatium quoque inſulam *nobiliſsimam* fuiſſe dixeris; ſaltem plurali numero, *nobiliſsimæ inſulæ*, uſum auctorem oportuit. Sed quid? Sequeretur tùm, Caninefatiũ etiam inſulã C. M. p. fuiſſe in longitudinem. Quod nemo iſtorum auſus eſt adfirmare. Tollat igitur jam Iunius acerrimam ſuam diſputationem,contra Ioannem Stellam,rectè deCaninefatium ſede ſentiente, conſcriptam. Illi etiam, qui particulam, *&*, inter binas voces.*Batavorum*,&,*Caninefatum*,expunxerant,reſtituant;quò auctori ſua mens genuina maneat. Leves vocabulorum alluſiones ubique, ſine illâ probabili ratione ſectari (quod Iunius, Ortelius, Bertius, & alij heic in voce Kenmers fecerunt,Caninefatibus eam applicantes) toties errorum convicti tandem deſinant. Sed Caninefatibus ſedem in Batavorum inſulâ adſeruiſſe hactenus ſufficiat. Proxima nunc ſit cura,oſtẽdere, quã nam inſulæ partẽ incoluerint. Auſtrinum latus, quà Vahales prætenditur amnis, haud tenuiſſe facilè dixerim; quia Batavi etiam cis Vahalem : quorum medijs in finibus illos locare abſurdum fuerit. Superiorem inſulæ partem coluiſſe,haud temerè crediderim. quidpe ſi illic Caninefates; quâ fiduciâ, ſeu audaciâ, Romani inferiore inſulæ parte pulſi,in medios hoſtium fineis ſeſe receperunt? Si inferiorem inſulæ partem, litusque Oceani illis tribuas;quâ ratione,aut quâ fronte Civilis *præfectos*

Romanos incuſans, quod caſtella deſeruiſſent, ſua quemque hiberna repetere [& victoribus hoſtibus ſeſe obijcere, jubere potuit] *dum ipſe cum cohorte, cui præerat, Caninefatem tumultum comprimeret?* Satius namque erat jungere inter ſe vires, ſi eódem & Romanis & Civili proficiſcendum fuiſſet. At clarè auctor occupaſſe Brinionem cum Caninefatibus atque Friſijs Oceanum narrat. Si igitur jam antè accoluerunt Caninefates Oceanum, non opus erat tum demum eundem occupare. Reſtat ergo una inſulæ pars, quæ medio Rheni alveo obducta, ſeptemtriones ſpectat. Hanc quin Caninefates tenuerint, nihil prorſus eſt quod impediat. Quin maximè huc conveniunt ea, quæ auctor eodem hoc libro de Cl. Labeone Batavo memorat. *Illuc*, inquit, (in Coloniam Agrippinenſem) *Cl. Labeo quē captum, & extra conventum amandatum in Friſios diximus, corruptis cuſtodibus perfugit: pollicitusq́; ſi præſidium daretur, iturum in Batavos, & potiorem civitatis partem ad ſocietatem Romanam retracturum, acceptâ peditum equitumq́; modicâ manu, nihil apud Batavos auſus, quoſdam Nerviorum, Bethaſiorumq́; in arma traxit. Et furtim magis, quàm bello, Caninefates, Marſacosq́; incurſabat.* Marſacos, ſive Marſatios in Rheni inſulis fuiſſe, auctor eſt Plinius loco proximè citato. Circa opida Arnhemum, Wageningam, Rhenamque incoluiſſe pòſt oſtēdemus. Labeo igitur ad Batavos quum veniret, nihil apud eos auſus, pergens inde furtim primum Caninefates in ipsâ inſulâ, dein Marſacos horum finitimos, circa Duroſtadium opidum incolēteis incurſabat. Eam igitur Rheni ripā Caninefatibus adſcribo, quæ à Batavoduro, ſeu Duroſtadio ad Lugdunum usque Batavorum porrigitur. Vltra citraque ne extendam, monent duo Batavorum clara vocabula. Introrſus opida hodierna ijſdem tribuo Goudam, Vordam, Veteraquinū, Montifortium, Iſelſtenium, Trajectum, Vianam, & Culeburgum. Sed notandus heic eſt eorum error; qui Caninefates partē faciunt Batavorum; his ſcilicet Taciti verbis inducti: *Miſſi ad Caninefates,*

Caninefates quæ loca incoluerint.

fates, qui conſilia ſocierarent. Ea gens partem inſulæ colit, origine, linguâ, virtute, par Batavis: numero ſuperantur. Non partem Batavorum fuiſſe Caninefates Tacitus ait, ſed partem inſulæ, quæ Batavorum dicebatur à majoris gentis nomine, incoluiſſe. Sed quib. perſuaſum erat, Friſios minores, & Friſiabones, & Tuſios, & Cauchos minores, parteis fuiſſe Batavorum gentis, ut ſupra notavimus, ijdem facilè Caninefates quoque in eadem gente cenſere poterant. De origine Caninefatium Taciti verba ſuprà audivimus: nempe Cattorum hos quoque fuiſſe progeniem. De tempore ſeceſſionis, item de causâ, nihil certi habeo, quod adfirmem. Hadrianus Iunius occaſionem præbet, pauca de nomine dicere. Caninefatibus ſuis, inter medium Rhenum, Harlemumque opidum ſedem adſignat, ſecundum colles (verba ſunt Iunij) *arenarios, cuniculorum ſtabulis, antrisq; in hunc uſque diem nobilitatos: unde quoq; gratiſſimo cuniculorum cibatu utētibus nomen olim inditum.* Scilicet dictos ait cap. 14. & in Nomenclatore Caninefates, quaſi **Caninen faters**, id eſt, raptores cuniculorum; quia hos frequentes venabantur. At quis deorum ἔτυμον hoc Iunio ſuppeditavit, niſi licentia in fingendis nimia? Falſum eſſe, unàcum falsò adſignatâ ſede ſatis ex ijs, quæ ſupra diximus, patet. Quidpe inter Lugdunum & Batavodurũ, nulli ſtabulantur cuniculi. De Caninefatibus hæc dicta ſufficiunt. Nunc ad Batavorum interna progredi fert animus. Ceterùm in Romanorum notitiam quando pervenerint infra oſtendetur, ubi de Batavorum cum Romanis ſocietate ſermo erit.

De Batavorum opidis, Caſtellis & vicis.

CAPVT XIII.

BAtavorum agro probè deſignato, Caninefatibus etiam ſuâ, in inſulâ Batavorum, parte tributâ, proximus nunc labor ſit, opida eorum, ſi qua fuerint, diligenti curâ inquirere. In

In inſulâ nulla fuére Batavorum opida ad Taciti tempora.

ipsâ inſulâ prorſus nulla ad Taciti uſque tēpora exſtitiſſe reperio. Extra inſulā quum etiam aliquid agri haberent: de hoc ſic Tacitus Hiſtor.lib.5. *Civili Chaucorum auxilia venêre. nō tamen auſus opidum Batavorum armis tueri, raptis quæ ferri poterant, ceteris injecto igni in inſulam conceſſit.* Lipſius in Notis ad Tacitum heic hæret. primumque vocem *Batavorum*, in *Batavodurum* corrigere tentat. Verùm quum Batavodurum non opidum, ſed vicus Tacito paullo pòſt dicatur, iſque in ipsâ inſulâ, ut mox docebimus, falli ſe hac conjecturâ fortè ipſemet animadvertens, mutat mox ſententiam, locumque, cui Civilis ignem injecit, extra inſulam cis Vahalem fuiſſe ſuſpicatur. Mavult tamen legere *opida Batavorum*, multitudinis numero, quam lectionem ex eo conijcit, quod nullum heic nomen proprium appoſitum. Verùm ego Lipſij opinionem haud temere probaverim. Quidpe plura ſi fuiſſent Batavorum cis Vahalem opida, haud facilè fieri potuit, quum regio hæc tam celebris atque clara, quin unius vel alterius ſaltem nomen apud rerum auctores expreſſum fuerit. At unum ſi fuit (quæ mea eſt opinio) cui Civilis ignem injecit; haud abſurdè, neque ineptè, κατ' ἀντονομασίαν dictum fuit *Batavorum opidum*, ſive proprio nomine, ad eundem modum, uti *Vbiorum opidum* dicitur auctori noſtro Annal.1.& 12. Quę poſtea Colonia Agrippinēſis.

Extra inſulā, unū fuit Batavorum opidum Taciti ævo.

Ac ſanè firmat me in hanc ſententiam alius Taciti locus lib.4. Hiſtor: perſcriptus; *ubi Præfectus*, inquit, *alæ Batavorum, Claudius Labeo, opidano certamine æmulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares, vel ſi retineretur, ſemina diſcordiæ præberet, in Friſios avehitur*. Ex eodem opido Civilem & Labeonem fuiſſe, apertè ac clarè indicat auctor. Supra autem eodem libro; *Iulius Paullus*, inquit, *& Claudius Civilis, regiâ ſtirpe, multò ceteros anteibat. Paullum Fontejus Capito, falſo rebellionis crimine interfecit. Injectæ Civili catenæ, miſſusque ad Neronem, & à Galbâ abſolutus, ſub Vitellio rurſus diſcrimen adijt, flagitante ſupplicium ejus exercitu.* Hiſtor.1. *Iulius* (fortè *Claudius*, ut ſupra) *deinde Civilis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

vilis periculo exemtus (ſub Vitellio) *prӕpotens inter Batavos, ne ſupplicio ejus ferox gens alienaretur.* Iulium Paullum fratrem fuiſſe Civilis ex hujus oratione, Hiſtor. 4. relatâ, liquet. *Egregium*, inquit, *pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea.* Hi duo igitur regiâ ſtirpe quum multo ceteros anteirent, tanquam principes (& ob hoc æmulus C. Labeo) inter populareis, principem univerſi Batavorum agri locum, ſeu caput gentis haud dubiè incoluerunt. quod quum unicum eſſet Batavæ gentis opidum, *Batavorum opidum*, dictum fuit. Hinc *Labeonem opidano certamine æmulum Civili*, tradit auctor. Si non mens me vehementer fallit, eodem nomine etiam nunc exſtare dixerim idē opidum, quod vulgò **Batenborg:** quaſi **Batavenborg**/ id eſt, caſtellum, ſeu opidum Batavorum nuncupatur. Batavos quidpe ipſis Germanis **die Batawer** antiquitus dictos haud dubium eſt. Hinc hodieque ſuperior inſulæ pars appellatur **die Betaw**/ ſive **Betow**; & quibuſdam **Betuwe.** Batawenburgum igitur, ſive *Batavorum opidum armis tueri Civilis*, princeps & opidi, & gentis, quum *non auderet, raptis quæ ferri poterant, ceteris injecto igni, in inſulam conceſſit.* Ptolemæi tabula geographica Galliæ Batavodurum opidum habet citra citimum Rheni alveum, eodem ferè ſitu, quo Batenborg nunc conſpicitur. Id ſive ab ipſo auctore ſit poſitum, ſive à ſciolo aliquo emendatore, nominis alluſionem ſequente, ex inſulâ huc tranſlatum, error ſane ingens eſt. Nec tamen rarum Ptolemæo his in partibus errare. ſic Lugdunum Batavorum citra inſulam poſuit; citimumque Rheni oſtium à Moſæ oſtio alienum fecit. De Noviomagi opidi antiquitate quod Annales Geldrorum atq; Hollandorū fabulantur, quaſi id à Batone (qui primus, ut illi ferunt, gentem Batavorum è Cattis huc deduxit) conditum, validiſſimisque mænibus circumdatum fuerit, viderint ingenio & judicio præſtantes viri, quid ſentiant. Mihi heic ſanè fides temerè nulla eſt. Quidpe ſi jam inde à primo Batavorum adventu opidum hoc munitiſſimum fuit, quî fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

potuit, uti nulla ejus neque apud Cæſarem, neque apud eos,
qui hujus ætatem ſequuti ſunt ſcriptores, mentio facta ſit? Cer-
tè bellum aliquando aperuiſſet. At ſatis ex Cæſaris commen-
tarijs perſpicitur, opida munita ad id temporis in his oris nulla
fuiſſe. Ceterum qui credit hæc de Noviomagi primordio; &
cetera, quæ in iſtis annalibus fabuloſè narrantur, non abnuet.
Alia fuiſſe Batavis opida, præter id cui ignem injecit Civilis,
jam antea negavimus. Vicos complureis etiam extra inſulam
fuiſſe, facilè crediderim: licet nullius mentio apud rerũ ſcripto-
res exſtet. Noviomagũ primus retulit Antoninus in Itinera-
rio; & auctor Tabulæ itinerariæ. de quo plura infra. In ipsâ in-
ſulâ quatuor referuntur locorũ nomina á Tacito libro Hiſtor.
5. quos vicos appellat. *Tãtumq́; belli*, inquit, *ſuperfuit, ut præſidia
cohortium, aliarũ, legionũ, modicis vicis quadripartita Civilis in-
vaderet: decimam legionẽ Arenaci, ſecundã Batavoduri: & Grin-
nes, Vadamqúe, cohortium alarumq́; caſtra.* Quibus verbis ſum-
mi erroris convincitur ſummi alioquin ingenij vir; jam inde ab
origine gentis, quatuor hæc nomina, opida fuiſſe adfirmans.
Verba ejus hæc ſunt: *Germani ſine ullis urbibus, vicos tantum ha-
bitabant. Batavis verò urbes conditas ſtatim ex quo inſulam occu-
parunt credibile eſt, quia non ut ceteri temporariam, ſed manſurã
ſedẽ elegerant.* Et paullo pòſt: *idipſum ſatis indicant, in parte qui-
dem inſulæ inferiore, Lugduni Batavorum, in ſuperiore autem Ba-
tavoduri, vetuſta nobilium opidorũ nomina: præter minora, Grin-
nes, Vada, Arenacum, aliaque Tacito, & Peutingerianis tabulis
memorata.* Modicos fuiſſe hæc quatuor nomina jam aliquot
poſt Batavorum primum adventum ſeculis, vicos, malo Taci-
to credere. Illius autem origo prorſus, ut infra dicetur, dubia.
Ad Rheni ripam quatuor illa nomina fuiſſe, ex Taciti hiſtoria
liquet. Florus lib. 4. cap. ult. de Druſo loquens; *In tutelam*, in-
quit, *provinciarum præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per
Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. Nam per Rheni quidem
ripam, quinquaginta ampliùs caſtella direxit.* Nomina quatuor

Vici quatuor in Batavorum inſula Tacito memorati; Arenacum, Varda, Grinnes & Batavodurum,

vicorum

vicorum etiam nunc, quamvis inclinata, exſtant. Batavodurum dicitur **Duerſtede** ſive **Wijck te Duerſtede**; prima voce vici vocabulum ſervante Grinnes abjectâ primâ literâ appellatur **Renen**: Vada, **Wageningen**: Arenacum, **Arnhem**. In his unum Batavodurum veterem ſitum obtinet. reliqua, ſervatis, ut opinor, regionibus, in ulteriorem ripam tranſlata ſunt. Ortelius, nullâ habitâ veterum hiſtoriarũ ratione, ut hodiè invenit, ſic in veteris Belgij deſcriptione in ulteriore ripâ cuncta collocavit. Eandem fuiſſe Iunio mentem, reliquisque omnibus video. At falluntur, meo judicio, quàm vehemẽtiſſimé. Quod quum ex auctore noſtro Tacito, tum ex alijs ſcriptoribus probare adnitar. Atque equidem ad Batavodurum quod attinet, nulla ſanè ratio erat, cur id Ortelius in ulteriore ripâ collocaret; quum etiamnunc in citeriore conſpiciatur. Nec facilè nomen Batavoduri habere potuit, niſi in inſulâ; Batavis ultra Rhenum in Germanico ſolo nihil obtinentibus. Sed Tacitum de univerſis audiamus. Supra dixit caſtra quadripartita Civilem invaſiſſe. pergit igitur; *Ita diviſis copijs, ut ipſe & Verax ſorore ejus genitus, Claſſicuſque ac Tutor ſuam quisque manum traherent.* Et paullo poſt: *Quibus obvenerant caſtra decumanorum* (Arenaci) *oppugnationem legionis arduam rati, egreſſum militem, & cædendis materijs operatum turbavêre, occiſo præfecto caſtrorum, & quinque primoribus centurionum, paucisque militibus. ceteri ſe munimentis defendêre. Et interim Germanorũ manus Batavoduri erumpere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prælium nox diremit. Plus diſcriminis apud Grinnes, Vadamq́ꝫ. Vadam Civilis, Grinnes Claſſicus oppugnabat. nec ſiſti poterant, interfecto fortiſſimo quoque: in quîs Briganticus præfectus alæ ceciderat; quem fidum Romanis, & Civili avunculo infenſum diximus. Sed ubi Cerialis cum delectâ equitum manu ſubvenit, verſâ fortunâ, præcipites Germani in amnem aguntur. Civilis dum fugientes retentat, agnitus, petitusque telis, relicto equo tranſnatavit. Idem Germanis effugium, Tutorem Claſſicumque appulſæ lintres vexere.*

Probatur ex Tacito, dictos vicos in inſulâ fuiſſe. item ex Iuvenale, & itinerarijs.

Civilem, injecto Batavorum opido igne, in inſulā conceſſiſſe ſupra narraverat auctor; Tutorem quoq; & Claſſicū Rhenum transgreſſos, cum centum tredecim Treverorū ſenatorib. Hi Rheno trajecto, è ſuo agro ſupra cōfluenteis Moſellæ, facilè in inferiore amnis parte, in inſulam remeare potuére ad oppugnanda Romanorum caſtra. Decumanos igitur, quorum caſtra Arenaci, in ipsâ inſulâ adgreſſi ſunt. quibuſdam interfectis, ceteros in munimenta compulerunt. Dum hæc Arenaci in inſulâ geruntur, Germani (ſive Friſij, ſive Catti, Vſipij, aut Mattiaci; quos in oppugnatione caſtrorum ad Vetera fuiſſe, tradit auctor ſuperiore lib.) ex Germanicâ ripâ nituntur Batavoduri in pontem inchoatum irrumpere, caſtraque ibi ſita oppugnare. Vadam dein Civilis, Grinnes Claſſicus acriter oppugnant. quos Cerialis cum delectâ equitum manu ſuis ſubveniens repulit, præcipites in Rhenum amnem egit. Tranſnatarunt Civilis & Germani in Germaniæ ripam; Tutor, Claſſicusqus lintribus eodem tranſvecti. Hinc eſt quod paullo infra Cerialis, *Satis peccaviſſe* rebelles Gallos ajt, *quod toties Rhenum tranſcenderint.* Pulſis hoſtibus, Cerialis ex inſulâ *profectus Noveſium, Bonnamque ad viſenda caſtra, quæ hiematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat, disjecto agmine, incurioſis vigilijs. Animadverſum id Germanis*, trans Rhenum, quo fugerant, *& inſidias compoſuêre. electa nox atra nubibus, & prono amne rapti* ex ulteriore ripâ in citeriorem, *nullo prohibente vallum ineunt. Aliud agmen* Germanorum, *turbare claſſem* Romanorum, *injicere vincla, trahere puppes. utq; ad fallendum ſilentium, ita cœptâ cæde, quò plus terroris adderent, cuncta clamoribus miſcebant.* Et paullo poſt: *Multâ luce revecti* in ulteriorem ripam *hoſtes, captivis navibus, prætoriam triremem, flumine Luppiâ, donum Velledæ traxêre. Civilem cupido inceſſit navalem aciem oſtentandi.* Paullo poſt: *Spatium veluti æquoris captum, ubi Moſæ fluminis os amnem Rhenum Oceano affundit.* Mox: *Cerialis flumine ſecundo, illi vento agebantur. Sic prævecti, tentato*

telorum

telorum jactu, dirimuntur. Civilis nihil ultra auſus, trans Rhenum conceſſit. Cerialis inſulā Batavorum hoſtiliter populatus. Hæc omnia eò huc retulimus, uti perſpiciatur, Arenacum, Vadam, Grinnesque haud minùs in Batavorum fuiſſe inſulâ, quàm Batavodurum. At tamen, ſi etiamnunc ſuſpiceris, eodem ſitu fuiſſe, quo nunc, trans Rhenum; quæro quâ fiduciâ Cerialis cum exiguo equitatu in hoſtile Germanorum ſolum ad defendenda caſtra Vadam Grinnesque tranſgredi auſus ſit? An non Germani, qui omnem ulteriorem ripam (ut patet ex Tacito) obſederant, omnibuſque occaſionibus imminebant, tranſgredi conantem prohibere, aut tranſgreſſum mox opprimere potuiſſent? Omninò arbitror. Iam verò, ſi tria illa caſtra in Germanico ſolo; cur non Germani, relicto ad præſens Batavoduro, quod in inſula erat, huc potiùs omneis vireis ſimul contulerunt? quibus in ſuâ ripâ expugnatis, captiſque, jam liberiùs tutiusque in inſulam tranſgredi poterant. Tum verò, ſi caſtra iſta in Germanicâ ripâ; cur Civilis, Tutor, Claſſicuſque, & Germani in inſulam, Gallicum ſolum, tranſnatare, ſeu transvehj maluerunt, quàm retrò in ulteriora Germaniæ, atque tutiora ſeſe abſcondere? Fruſtra eſt quicquid objicere velis. verba ſanè Cerialis infra eod. lib. hæc ſunt: *Cæſos Treveros, receptos Vbios, ereptam Batavis patriam, neque aliud Civilis amicitiâ peractum, quàm vulnera, fugas, luctus, exſulem eum, & extorrem recipientibus oneri.* En apertè indicat Batavos, ereptâ patriâ, id eſt inſulâ, quā Cerialis hoſtiliter ante populatus erat, trãs Rhenum in Germaniam fugiſſe. Ergo cis Rhenum, id eſt, in inſulâ, unde Batavi & Germani fugerant, Vadæ, Grinnibusq; Romanorum caſtra exſtructa fuêre. Hiſt. 5. *Flexu autumni*, inquit auctor, *& crebris pluvialibus imbribus ſuperfuſus amnis, paluſtrē humilemq; inſulam in faciem ſtagni opplevit. nec claſſis, aut commeatus aderant: caſtraq; in plano ſita, vi fluminis differebantur.* En iterum, ut apertè ac dilucidè in inſulâ caſtra fuiſſe teſtatur? Iuvenalis Satyrâ 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Hic petit Euphratem juvenis, domitiq́ʒ Batavi
Cuſtodeis aquilas, armis induſtrius.

Caſtra ſcilicet Romanorum & ipſe intelligit; ad Euphratem altera flumen, altera ad Rhenum; quorum hæc ſi domito Batavo cuſtodia conſtituta; abſurdum ſanè fuerit ultra amnem extra inſulam locata adfirmare. Sed alijs etiam argumẽtis ſententia noſtra firmetur. Primùm igitur hoc ex hiſtoriarum lectione animadverti; omnia Romanorũ præſidia, omniaque caſtra, ad Rhenum amnem, per Gallicam ripam, tanquàm in tutiore provinciæ pacatæ ſolo directa fuiſſe. Sic caſtra fuére Vindoniſſæ, Magontiaci, Bingij, ad Aram Vbiorũ, quæ poſteà Bonna, Coloniæ Agrippinę, Noveſij, Aſciburgij, ad Vetera, Batavoduri in inſulâ Batavorũ, & duarum cohortium caſtra in eâdem inſulâ, à Brinione Caninefatibusque expugnata. Contra verò in ulteriore ripâ haud facilè una ad id temporis commonſtraveris. Quare maximè probabile fit, hæc quoque tria caſtra, Arenacum, Vadam, & Grinnes, in citeriore ripâ, & Batavorum inſulâ fuiſſe. Secundum item argumentum haud leve eſt, ex Antonini Itinerario, & Tabulâ itinerariâ incerti auctoris. Ille quidpe iter Lugduno Batavorum Coloniam Agrippinenſem verſus deſcribens, Albiniana, Trajectum, Manniritium, & Arenatium in eo collocat. per quæ loca, ſi in ulteriore fuiſſent ripâ, iter Romanis ad id temporis nullum eſſe poterat; Rheno amne imperium Romanum finiente, Germaniſque Transrhenanis, id eſt, Friſiis, Romanos perpetuò in feſtantibus. Stet igitur hæc ſententia; quatuor modicos vicos, ad quos quatuor Romanorum caſtra, in citeriore Rheni ripâ, id eſt, in Batavorum inſulâ directa fuiſſe. Quod ad *Grinnes* vocabulũ attinet, notanda eſt in trãſitu pervicacia Hadr. Iunij, qui ex more ſuo enodandi vocabulorum ſignificationes, contra omneis auctores, contraque omneis auctorum libros, mavult legere Rhenos; quia locus iſte Rheno flumini appoſitus, unde nomen traxiſſe cen-

ſe cenſet. Sequutus fortè in eo Noviomagum, qui eandem lectionem probat. Vada quoque malunt quidam dicere plurali numero, quàm Vadam cum Tacito. Quæ κρίσις præpoſtera minimè placet. malo, quidpe veteris ſcriptoris, Romani hominis in Latinis nominum appellationibus ſequi auctoritatem, quam noſtri ævi conjecturam lubricam ac fallacem.

De munimento, quod ad Rheni obſtructum os, freti undis abſconditum iacet.

CAPVT XIV.

QVatuor illa caſtra in Batavorum inſulâ, ſatis clarè jam noſcitantur. Reliqua quæ, & quo ſitu fuerint indicandũ erit. Bina fuiſſe præter quatuor illa ex Taciti hiſtoriâ notavi. quæ à Brinione expugnata ac direpta auctor refert Hiſtor. 4. De Brinione igitur narrans, *Statimq́; accitis*, inquit, *Friſijs (Transrhenana gens eſt) duarum cohortium hiberna, proximo occupato Oceano, irrumpit.* Mox: *Capta igitur & direpta caſtra; dein vagos, & pacis modo effuſos lixas, negatiatoresq́; Romanos invadunt. Simul excidijs caſtellorum imminebant: quæ à præfectis cohortium incenſa ſunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaq́;, & quod militum, in ſuperiorem inſulæ partem congregantur.* Et paullo pòſt: *Civilis dolo graſſandum ratus, incuſavit ultrò præfectos, quod caſtella deſeruiſſent: ſe cum cohorte, cui præerat, Caninefatem tumultum compreſſurum. Illi ſua quiq́; hiberna repeterent.* Duas cohorteis ſupra retulit auctor. heic Civilis ſua quemq́; præfectum hiberna repetere jubet. ergò bina fuere hiberna; duoque caſtella juxta ſita. *Caſtelli* vox quid hoc loco ſignificet, ſatis cuique notum puto. Locus eſt juxtra caſtra, in opiduli vicem conditus; ubi lixæ, & negotiatores, militibus quotidiano uſui neceſſaria vendentes commorantur. Sed quâ inſulæ regione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

bina iſta caſtra fuére? *Duarum cohortium*, inquit auctor, *hiberna proximo occupato Oceano, irrumpit*. Ergo proximè Oceanũ. An utraque? Puto. nulla quidpe heic diſtinctio. Sic tamen intelligendum cenſeo: Quia in Rheni ripâ cuncta fuiſſe ſupra demonſtravimus; horum altera ad oſtium Rheni, in ipſo litore exſtructa; altera ſupra illa, haud procul tamẽ Oceano. Quapropter proxima Oceano & oſtio Rheni, eodem ſitu fuiſſe facilè dixerim, ubi nunc antiquiſſimi rudera munimenti, freti undis abſcondita jacent; altera autem, ubi Lugdunum Batavorum conſpicitur. De ſingulis curatiùs abſtruſiora rimari laboris pretium fuerit. Ac primùm de inferioribus ad oſtium amnis & litus Oceani. Manent, ut diximus, antiqui munimenti veſtigia, propè vicum, qui vulgari vocabulo **Catwijck op Zee**/i e. Cattovicum maritimũ dicitur, æquoris fluctibus obruta; nec niſi recidente maris æſtu, Euro ſcilicet litus nudante (quod perrarò accidit) ſpectanda ſe præbent. Vidimus ipſi bis maximam eorum partem. Pars etiam tumulis abſcondita latet. Annales Hollandiæ **Brittenburg**, accolę autem Hollandi hodiè **T'huys te Britten** indigetant; nomine obſcuro, & abſtruſæ originis. Vulgus ſcriptorum hactenus interpretatus eſt, *domum*, ſeu *arcem Britannicam*; quaſi à Britanniâ, objectâ inſulâ, denominationem

Lhuydi conjectura de munimento convelluntur.

haberet. Cujus rei complura adferunt argumenta. Humfredus Lhuydus in epiſtolâ ad Abrahamum Ortelium tres profert conjecturas; quarum primam his verbis includit: *Britannos omnes, omnesq; Oceani accolas olim piraticam exercuiſſe, ex noſtris Annalibus Britannicâ linguâ ſcriptis liquet: eosq; ſæpenumerò in Morianam, Rutheniam, & Germaniam trajeciſſe conſtat. Quæ nomina Morianæ, & Rutheniæ noſtrates, & Angli noſtrarum hiſtoriarum interpretes, ob linguæ & hiſtoriarum imperitiam, in Mauritanos, & Ruſſos ſatis infeliciter pro Morinis & Flandris contorquent. Igitur quum nullus eſſet commodior portus, quàm oſtium maximi fluvij Rheni, veriſimile eſt eos in illum locum ſæpius trajeciſſe,*

& inde

& inde incolas turrim aliquam ad eorum impetum reſiſtendum fabricaſſe, & imperatores Romanos, hoc ædificium (nomine ſervato) in alium uſum convertiſſe. Quemnam heic uſum innuat, haud intelligo. ni fortè armamentarij uſum velit, ut plerique; de quo mox infra dicetur. Hoc autem ſi intellexit, falſa ejus eſt opinio. Quidpe armamentarium, quod fuit in Batavorum inſulâ, Septimum Severum Imperatorem, & M. Aurelium Antoninum reſtituiſſe teſtatur lapis vetus, quem poſteà exhibebimus. Severo autem imperatore Britãnos piraticam in Belgicam atque Germaniam exercuiſſe, nunquàm demonſtraveris: multo verò minùs ante hujus imperium. Nec Morianæ aut Rutheniæ nomina tũc audita. quæ recentiora, quã ut ijs temporibus tribuas, quibus Romani hanc oram tenuerunt. Tum verò medius Rhenus jam Plinij ævo *modicum nomini ſuo cuſtodivit alveum:* qui *tenuis*, ut inquit Tacitus, *inſulam inter, Germanosq́; continẽtium terrarum ſpeciem fecerat.* Quapropter minùs rectè Lhuydus *maximum* eum appellat *fluvium.* Secunda ejus conjectura hæc eſt: *Alia etiam*, inquit, *conjectura ex eâdem officinâ fabricari poteſt. Antonini etiam tempore, quum jam mare per Saxones & Friſios infeſtaretur, ipſe hoc ædificium inſtauravit, impoſitis in eodem ex Britannico exercitu militibus, unde & nomen adipiſci potuit.* Rectè equidem ac meritò fatetur, ex eâdem officinâ fabricatam eſſe. quem enim habet auctorem? ſcilicet nullum niſi divinationem. quę prorſus heic falſa. Nam licet conſtaret, adverſus Saxonum Friſiorumq́ue incurſiones munimentum aliquod excitatum ab Antonino ad Rheni oſtium; demonſtrandum tamen erat certis rationibus, argumentiſq́ue haud dubijs ad quodnam oſtiorum Rheni id excitatum; quum fuerint tria. At unde probaverit, Antonini tempore Saxonum nomẽ gentemq́ue exſtitiſſe? Horũ quidpe primus meminit in geographia ſua Ptolemæus; quem poſt Antoninum ævum vixiſſe, alibi fuſiùs docebitur. Tertia conjectura Lhuydi hæc eſt: *Reſtat una in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

quit, *quæ inſtar omnium erit. Quum Britannia tunc temporis eſſet quaſi horreum Occidentalis imperij, & annona illinc transferebatur per Britannos, ad exercitum, limitis Germani cuſtodem, alendum, nullus aptior locus erat deponendi onera, quàm in oſtio maximi fluminis Rheni: ubi iterum alterius generis navibus contra curſum aquæ per Menapios ad Coloniam & Moguntiam usque (ut nunc factitant) veheretur. Vnde ille locus, quum & eſſet mercatorum Britannorum receptaculum, & annonæ ab illis invectæ quaſi horreum (qualia refert Ammianus Marcellinus Iulianum Cæſarem multa per Galliam & Germaniam pro Britannicâ annonâ conſervanda exſtruxiſſe, & alia incenſa & diruta reſtauraſſe) à frequentia Britanuorum Britannici nomen meruit.* Hanc conjecturam antequàm diſturbem, Guilielmi quoque Camdeni, viri doctiſſimi, mihique amiciſſimi argumentationem unà apponam; quia eódem tendit. Is igitur in deſcriptione Britanniæ ſuæ: *Locum,* inquit, *in Morinis Portum Morinorum Britannicum vocat Plinius, vel quòd inde in Britanniam traijcerent, vel quod ex adverſo proſpiceret. Quid igitur impedit, quo minus hæc arx eádem ratione Britannica appellaretur? Hic enim Britannos ſæpè appuliſſe, & hinc è Germaniâ in Britanniam trajectũ fuiſſe, nemo diffiteri poſſit, quum Zoſimus Oceanum inter Britanniam & hoc Rheni oſtium interfuſum* IↃCCCC. *ſtadijs tanquàm uſitatum trajectum dimenſus fuerit. ſcripſerit q́; annonam è Britannia ad hunc locum ſubvehi ſolere, & inde fluvialibus navigijs adverſo Rheno ad Romanorum caſtra diſtrahi: quum Iulianus Auguſtus horrea exſtrueret, ut inquit Marcellinus, ubi condi poſſet annona à Britannis ſueta transferri. Quo tempore hoc Armamentarium in horreum converſum, & ex Britannica annona Britannicum appellatum videtur; eóq; magis, quod in Hollandiæ monumentis* **Brittenburg** *concipitur.* Lhuydum in hac conjecturâ jam iterum fefellit, *maximi fluminis Rheni oſtium.* quod caviſſe Camdenus quoque debuit. Vtriusque autem in conijciendo error planiùs uti aperiatur, ipſa Zoſimi verba adſcribere ſententia eſt. Is in principio libri tertij, Φράγ-

Camdeni conjecturæ de eodem.

κους

κους, tradit, καὶ Ἀλαμανοὺς καὶ Σάξονας ἤδη τεσσαράκοντα πόλεις ἐπικειμένας τῷ Ῥήνῳ καταλειληφότας, καὶ αὐτὰς μὲν ἀναστάτους πεποιηκότας, τοὺς δὲ τούτων οἰκήτορας, ἄπειρον ὄντας πλῆθος, ληϊσαμένους μετὰ πλούτου λαφύρων ἀναριθμήτου. Id eſt, *Francos & Alamanos, & Saxonas jam quadraginta ſitas ad Rhenum urbeis cepiſſe, ac prorſus eaſdem devaſtaſſe, cives & incolas infinito numero, cum innumerabili ſpoliorum copiâ abduxiſſe.* Hos uti Galliâ pelleret, Iulianus Cæſar exercitum adduxit. Vaſtatâ autem Galliæ orâ, quam Germani obtinebant; οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσεται τοῖς παροῦσι, ut idem infra eodem libro ait: τοίον δέ τι μηχανᾶται. τοῦ Ῥήνου πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Γερμανίας (ὅπερ ἐστὶν ἔθνος Γαλατικὸν) εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος ἐκδιδόντος, οὗ τῆς ἠϊόνος ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἐννακοσίοις σταδίοις διέστηκεν, ἐκ τῶν περὶ τὸν ποταμὸν ὑλῶν ξύλα συναγαγὼν, ὀκτακόσια κατασκευάσε πλοῖα μείζονα λέμβων. ταῦτά τε εἰς τὴν Βρεττανίαν ἐκπέμψας, κομίζεσθαι σῖτον ἐποίει· καὶ τοῦτον τοῖς ποταμίοις πλοίοις ἀνάγεσθαι διὰ τοῦ Ῥήνου παρασκευάζων, τοῦτό τε ποιῶν συνεχέστερον διὰ τὸ βραχὺν εἶναι τὸν πλοῦν ἤρκεσε τοῖς ἀποδοθεῖσι ταῖς οἰκείαις πόλεσιν, εἰς τὸ καὶ τροφῇ χρήσασθαι, καὶ σπεῖραι τὴν γῆν, καὶ ἄχρις ἀμητοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν. id eſt, *Quum ignoraret, quo pacto præſenti rerum ſtatui conſuleret, tale quid machinatur. Ad extremos Germaniæ fines, ubi Gallicæ cujusdam nationis ſedes ſunt, Rhenus in Atlanticum mare ſeſe exonerat. Ab eo litore nongentis inſula Britannica ſtadijs diſtat. Itaque collectis lignis, ex ijs ſilvis, quæ flumini adjacent, octingentas naveis lembis majores ſtruxit. His in Britanniam miſsis frumentum adferri curat; ejusq; fluvialib. navigijs adverſo Rheno ſubvehendi rationem invenit. Quo ſæpiùs iterato, quod navigatio brevis eſſet, abundè præbuit ijs, quos opidis ſuis reſtituerat, unde partim victitarent, partim ſementem facerent, partim ad meſſem uſque commeatum haberent.* En Zoſimus non *uſitatum*, quod vult Camdenus, *trajectum* hunc tradit fuiſſe, neque *annonam è Britannia ad hunc locū*, ſcilicet medium Rheni oſtium, perpetuò *ſubvehi ſolitam fuiſſe*: ſed quum à Germanis Rheni Gallica ripa devaſtata eſſet, coactum Cæſarem Iulianum ex

Britanniâ frumentum curare adferri; Galliâ ipsâ aliàs nũquam Britanniæ ſoli ubertate concedente. Quapropter haud opus habuit Iulianus ad tam breve temporis ſpatium, tam munitam, quod vult Lhuydus, exſtruere arcem, annonæ condendæ causâ. Non uſitatum fuiſſe hunc trajectum ſatis apertè patet ex eo, quod tunc primùm naves ad adportandum frumentum exædificatæ ſunt. Sed age; remotiora mittamus: cominus congrediamur. Naueis has octingentas, lembis majores, ubi cenſes exſtructas? ad citimum, medium, an verò ad ultimum Rheni oſtium? Ad ultimum ſi dixeris, ignoras inſulam Batavorum hoc tempore nõ in Romanorum, ſed hoſtium poteſtate fuiſſe. Sic namque Zoſimus paullo pòſt: Πάντων δὲ, inquit, (ὡς εἰπεῖν τῶν αὐτόθι βαρβάρων ἀπογνόντων ἐλπίδι πάσῃ, καὶ ὅσον οὐδέπω τοὺς ἐπιλελειμμένους ἀπολεῖσθαι πανωλεθρίᾳ προσδοκησάντων, Σάξονες, οἱ πάντων δὴ καρτερώτατοι τῶν ἐκεῖσε νενομένων βαρβάρων, θυμῷ καὶ ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας, εἶναι νομίζοντες, Κουάδους, μοῖραν σφῶν ὄντας εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων κατεχομένην ἐκπέμπουσι γῆν. οἱ δὲ ὑπὸ Φράγκων ὁμόρων αὐτοῖς ὄντων κωλυόμενοι διαβῆναι, δέει τοῦ μὴ τῷ Καίσαρι δοῦναι δικαίαν αἰτίαν τῆς κατ' αὐτῶν αὖθις ἐφόδου, πλοῖα ναυπηγησάμενοι, καὶ διὰ τοῦ Ῥήνου τὴν ὑπὸ Φράγκων ἐχομένην ὑπερβαλλόμενοι γῆν, ἐπὶ τὴν ὑπήκοον Ῥωμαίοις ὥρμησαν, καὶ τῇ Βαταβίᾳ προσσχόντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, τὸ Σαλίων ἔθνος Φράγκων ἀπόμοιρον, ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ὑπὸ Σαξόνων εἰς ταύτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, ἐξέβαλλον· αὕτη δὲ ἡ νῆσος, οὖσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο. id eſt, *Omnes jam propemodum in ijs locis barbari ſpem omnem abjecerant, tantumque non ad internecionem perituras exiſtimabant ſuorum reliquias; quum Saxones, omnium eas regiones incolentium barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in prælijs tolerantiâ fortiſſimi habiti, Quados, nationis ſuæ partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittunt. At finitimis Francis eos tranſitu prohibentibus (qui metuerent, ne juſtam Cæſari cauſam præberent ſe rurſus invadendi) navibus conſtrictis, Rheno*

præter-

prætervecti parentem Francorum imperio regionem, in Romani juris ſolum contenderunt: & adpulſis ad Bataviam navibus, quam diviſus Rhenus inſulam efficit, quávis inſulâ amnicâ majorem, Saliorum nationem, profectam à Francis, & vi Saxonum in hanc inſulã ſuis è ſedibus rejectam, expulerunt. Hæc inſula priùs Romanis in univerſum parens, à Salijs hoc tempore poſſidebatur. Ergo ſi inſula Batavorum in Romanorum non fuit poteſtate hoc tempore; multo minùs ea, quæ ultra inſulam ſita ſunt. Sin verò ad medium dicas ædificatas fuiſſe naveis alveum, itidẽ hoc ignoras, quod modo citavi ex Zoſimo; nimirum in hoſtium poteſtate fuiſſe inſulam; medium autem alveum ultra inſulam. ſimulque ejus te fugit memoria, quod Plinius *Rhenum ore medio modicum nomini ſuo cuſtodire* ait *alveum.* Zoſimus autem tradit naveis iſtas lembis fuiſſe majores; quæ hac tranſire nequiverunt: ne ſuperiorem quidem amnis partem lato alveo. quidpe *fluvialibus navigijs* ad caſtra ſubvectum frumentum ait. Manet igitur tertius alveus, id eſt, citimus, qui cognomento *Vahales* dicitur, & *immenſo Moſæ fluminis ore,* ut inquit Tacitus, *in Oceanum effunditur.* Ad hunc exſtrui naves ſatis commodè ac tutò potuerunt; hujus ripâ ſiniſtrâ Romano etiamdum juri ſubjectâ: ut ſatis apertè indicat Zoſimus, dum Quados prætervectos Francorũ ditionem juxta inſulam Batavorum, in Romani juris ſolum penetraſſe memorat. Hęc quoque ripa ligna ad octingentas exſtruendas naveis ſuppeditare abundè potuit. ſiquidem hoc tractu quondam (ut in ſilvæ Arduennæ, & item Menapiorum deſcriptione docebitur) nil niſi ſilvarum denſitas. Contra verò medij alvei ripa paluſtris, ut ſupra oſtenſum, & inſula Batavorum minor, quàm cujus ligna in tot naveis ſufficerent. Iam verò ijſdem rationibus, quibus ad Moſæ oſtium exſtructas naveis probabimus, ex eodem oſtio in Britanniam navigaſſe, in idemque rediſſe cum frumento, dilucidè probatur. Quapropter nequidquàm à Britannicâ annonâ, ſive à Britannicis mercatoribus dictum munimentum ad medium oſtium, Britan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

nici nomen traxiſſe contendas. Subjicit Camdenus aliam conjecturã his verbis: *Quid (ut hac in re, quæ tã multos incertat, conjecturã ex conjecturâ contexã) ſi Britanni hoc occupaverint, & ſuo nomini adoptaverint, quum Magnum Maximum, quẽ alij Clementẽ Maximum nominant, purpurâ contra Gratianum induerint? Ille enim ad hoc Rheni oſtium adpulit.* Hoc unde Camdenus habuerit, niſi ex Zoſimo, haud video. Apud Zoſimum autẽ lib. 4 in hiſtoriâ de Maximo ſic legitur: Οἱ δὲ ῥᾳδίως ἐξαναστάντες, ἀνεῖπον βασιλέα τὸν Μάξιμον· καὶ περιθέντες τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα, παραχρῆμα τὸν Ὠκεανὸν ναυσὶ διαβάντες ταῖς τοῦ Ῥήνου προσωρμίσθησαν ἐκβολαῖς. id eſt: *Illi facilè ad ſeditionem impulſi; Maximum imperatorem appellant, ac traditâ illi cum diademate purpurâ, confeſtimq; transmiſſo navibus Oceano, ad oſtia Rheni adpulerũt.* Ad omnia ſimul oſtia naveis adpuliſſe haud veriſimele eſt; utique quum ultimum, quod Flevum dicebatur, longiùs in Germanorum ſolo diſtaret. Ad medium non adpuliſſe, inde probatur, quia tenue id, ut ante dictum, atque modicum tunc temporis navium ex Britanniâ advenientium impatiens. Manet igitur, ut ante, citimum, id eſt, Moſæ oſtium, immenſum, naviumque etiam magnarum capax. At aliam inſuper idem Camdenus addit conjecturam hujusmodi: *Si nec dum hinc Britannicum nomen acceperit, quid ſi Saxones* **t'Huys te Britten** *vocarunt, quòd in Britanniam hinc ſolverint, quum noſtra litora ſuis ciulis (ſic myoparones vocarunt) infeſtarent. Saxones enim Bataviam, Salijs Francis expulſis, inſediſſe docet Zoſimus, & inde in Britanniam ſe infudiſſe ſatis clarè conſtat.* Ex inſulâ hac in Britanniam ſi ſeſe effudêre, certè multo commodior navium fabricatio dabatur in lævo inſulæ latere, ad os Moſæ amnis, multóque inde opportunior earundem ſolutio; *medio Rheni ore tenuem ac modicum nomini ſuo cuſtodiente alveum.* Tandem in hunc modum Camdenus noſter concludit: *Audi tamen, ne in Britannicam gloriam effuſior videar, quum doctiſſimus Bataviæ alumnus Hadrianus Iunius Britannicam herbam ad* **Britten** *ſuæ gentis vocabulum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

bulum revocârit, quod copioſè proveniat in ceſpitibus, quos illi **Britten** *dicunt, & è quibus contra Oceanum aggeres exſtruunt; neutiquã abſurdum erit, ſi quis hanc* **Huys te Britten** *ad eandem originem referat; ſcilicet ita nuncupatam fuiſſe, ut contra incurſantes undas oppoſitis aggerũ molibus è ceſpite, ſive* **Britten** *munita fuerit, quas quum Oceani violentia intercidiſſet, etiam ædificium depreſsiſſe videatur.* Hanc ſanè, ſi aliquâ ſtandum foret, conjecturam omnium maximè amplecterer. Aſt quum quam ineptè in ejusmodi nominum enodatione ſæpè erratum hactenus ſatis perſpexerimus, magisque in ſeqentibus operibus noſtris apparuerit; fruſtra tempus in re vanâ atque inani terere haud conſilium eſt. A Britanniâ inſulâ ſic non appellatum dictum munimentum demonſtraſſe ſatis ſit. Nunc cetera, quæ ad idem munimentum ſpectant, indagare cura eſt. Armamentarium fuiſſe Romanum creditur vulgò ex lapide, qui exijſdẽ (& hoc vulgò creditur magis, quàm ſcitur) ruinis erutus, hodiéque Hagæ comitis in Vaſſenariorum ædibus adſervatur, hujusmodi ſcriptione:

T'huys te Britten *unde dictum incertũ eſt.*

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS AVG. ET
M. AVRELIVS ANTONINVS CAES. COH. XV.
VOL. ARMAMENTARIVM VETVSTATE
CONLABSVM RESTITVERVNT SVB
VAL. PVDENTE LEG. AVG. PR. PR. CVRANTE
CAECIL. BATANE PRAE.

At rectè heic monet doctiſſimus vir Petrus Scriverius in Antiquitatibus Batavicis, haud temerè credendum ad Oceanum dictum lapidem repertum. quandoquidẽ Aurelius Cornelius, & auctor magni Chronici Hollandiæ diſertiſſimis verbis teſtentur, circa annum à nato Chriſto M. D. II. propè Leidam in vico, cui vulgare vocabulum **Roomburg**/erutum. Et cur Armamentarium ipſo in litore, primo hoſtium impetui expoſitum? tum quare adeò munitum? triplici validiſſimoque muro circumdatum? Nam quod Hadrianus Iunius *armamentarium*

deſcribit, *munimentum muris turribusq́ contra vim inſtructum*; id parum pro milite perito. Quis namque rei militaris adeò imperitus, qui neſciat, aliud eſſe *munimentum*, aliud *armamentarium*? in armamentarijs autem exſtruendis commoditatem magis reponendorum armamentorum bellicorum ſpectari, quam munitionem adverſus hoſteis?? Quare *armamentarij* nomē, quod fert antiqua iſta lapidis inſcriptio Romæoburgo potiùs concedamus; de quo poſtea plura. Nunc tempus exſtructi munimenti ad medium Rheni oſtium perveſtigemus. Iunius ſuſpicatur, Camdenus autem noſter etiam in confeſſo eſſe adſeverat, C. Caligulam, quum Britanniam cogitaret, in ludicrâ illâ expeditione in litore Oceani pro pharo conſtruxiſſe. At ichnographia ejus quadrata, cujus latera ſingula ducenos quadragenos pedeis obtinent, triplexque murus certè aliud quàm turrim indicant. Iunius tradit viros doctos conjicere, Severum turrim è ruinis in armamentarium convertiſſe. quem Douſa quoque filius in Bataviâ ſuâ ſequutus eſt. At lapis non turrim in armamentarium converſam, ſed armamentarium, collapſum vetuſtate, reſtitutum narrat. Ego equidē, ſi ſumma vetuſtas huic operi adſcribenda ſit, non C. Caligulæ, ſed Druſo Germanico, qui Auguſto Cæſare imperitante, *quinquaginta amplius*, ut refert Florus, *per Rheni ripam caſtella direxit*, ſtructuram ejus attribuerim. Certè ad Oceanum caſtra Romana fuiſſe, ſupra ex Tacito oſtendimus. quemadmodum prope Oceanum fuiſſe Helium caſtellum lævâ Moſæ amnis ripâ, docuimus; & item Flevum caſtellum in inſulâ **Schelling** ſuo loco dicetur. Iuxta iſta caſtra & os Rheni amnis, Caligulam poſtmodùm *turrim altiſſimam*, ut refert Suetonius, *excitaſſe*, *ex quâ ut ex pharo, noctibus ad regendos navium curſus, ignes emicarent*, haud equidem dubito. quidpe quò navium curſus dirigendi erant, niſi in os fluminis? Ortelius & Goltzius lapidis fragmentum ex ruinis dicti munimenti erutum proferunt, cujus hujuſmodi eſt inſcriptio:

Druſus munimenti cōditor.

Pharos, ſeu turris Caligulæ ad munimentum excitata.

TAN-

⁘⁘⁘TANNIC. GERMANIC. PIVS. FELIX. AVGVSTVS

⁘⁘⁘MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. IIII. P. P. IMP. III.

⁘⁘⁘RAM. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA

⁘⁘⁘ERO. PATRE. SVO. RESTITVTAM.

Cujus integram lectionem haud inconcinnè docti viri in hunc modum concinnare conantur:

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS

BRITANNIC. GERMANIC. PIVS. FELIX. AVGVSTVS

PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. IIII. P. P. IMP. III

ARAM. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA.

A. DIVO. SEVERO. PATRE SVO RESTITVTAM.

Ex hac inſcriptione Ortelius & Goltzius haud dubitant adſeverare, dictum munimentum à Claudio Cæſare conditum. At aliud eſt aram excitare, aliud munimentum, ſeu caſtellum erigere, potuitque multis annis ante caſtellum exſtitiſſe, quàm ara ſtructa fuerit. Nec ſatis firmum argumentum; quia ad hujus caſtelli ruinas lapis repertus, igitur aram heic fuiſſe. potuit quippe lapis aliunde huc transportari. De origine caſtelli, item de conditore hæc dicta ſufficiant. Nunc de interitu ejus pauca expediantur. Maris inundationes ingenteis multum terræ ex toto hoc litore abſumſiſſe, jam ante monuimus; idemque infra pluribus ſuo loco docebimus. De Batavâ orâ, noviſſimis annis æquoris fluctibus abroſâ, Hadr. Iunium teſtem audire haud pigeat. Is Bataviæ ſuæ cap. 10. de Cattovico maritimo pago loquens; *Meâ ætate*, inquit, *inſigne detrimentum expertus pertulit, hauſtis non ſemel mari fluctuoſo domibus aliquot. quæ calamitas tam illi propria eſt, & familiaris, ut raro ulla major ingruat vis, aut tempeſtas cujuſmodi plurimæ in meam memoriam incurrerunt) quin ædificia quæpiam cum ſolo ſubruant fluctus. Quod ipſum & Nordevico maritimo vico proximè propinquo accidit, quia ſeptemtrionale armamentarij latus paulò diſtantiore ſpatio inde diſſidet, ubi univerſam domorum viciniam, cum puteo communi, mare*

De interitu munimenti ad os Rheni amnis.

paucos intra annos abligurivit. Prætermitto ſilentio, quod de Scevelinga in eodē litore lippi omnes & tonſores norunt, quæ memoriæ non admodum veteris (nam vix ultra paucos ſupra centum annos extenditur) recordatione ſatis explicitâ loquitur, templum cum præalta turri fluctibus abſorptum, ad bis mille fermè paſſus intra maris complexum nuſquam nunc comparere: quo tempore magnificentius illic exædificatum templum, quàm remotiſſimè à mari, ſatis cum periculo ad litoris viciniam paulatim nunc accedit, quam injuriam nuper, poſtridiè Kal. Novemb. an. CIↃ.IↃ.LXX. *ſentit longè graviſſimam, complanatis, & in fœdam ruinam tractis ædificiis fermè ſexaginta: ita ut interdum inter piſcatores, pagi incolas, agitetur de loco remotiore templi fabricæ deligendo.* Eodem igitur modo munimentum hoc ad medium Rheni oſtium perijt; quum extra tumulos arenarios, quos vulgò accolę **Duynen** appellitant, in plano, apertoque litore fuiſſe haud dubium ſit: ad eundem, ut mea fert ſententia, modum, uti in Britanniæ meridionali litore munimentum, ſive caſtellum validiſſimum **Sangate** propè celebrem pagum **Folckeſtone** VI. paſſ. millibus à portu Dubrenſi exſtructum eſt. cujus mœnia paullo altiores maris ęſtus frequenter verberant.

Quando munientum mare abſorptum fuerit, in incerto eſt.

Quando autem munimentum noſtrum ad Rhenios vndarum vi abſorptum, nihil prorſus habemus, quod pro certo adfirmari queat, quidpe mentio eâ de re apud rerum auctores nulla eſt; & inundationes heic tàm crebræ fuêre, uti ne conjecturâ quidem adſequi liceat. Sed notandus eſt hoc loco, antequàm ad alia transgrediamur, Oretlij error; qui munimentum hoc, *Caſtra legionum Germaniæ* Plinio dici cenſet: quum hic universa caſtra ad Rheni ripam à fonte ad oſtium intelligat. Verba auctoris hæc ſunt, lib. 4. cap. ult. *Polybius latitudinem Europæ ab Italiâ ad Oceanum ſcripſit* XX. *M. quinquaginta eſſe, etiam tum incompertâ magnitudine ejus. Eſt autem ipſius Italiæ, ut diximus* $\overline{\text{XII}}$.XX. *M. ad Alpes. Vnde per Lugdunum ad portũ Morinorum Britannicum, quà videtur menſuram agere Polybius,* XI. *M.* lxviij. *Sed certior menſura, ac longior ad occaſum ſolis*

ſolis æſtivi, oſtiumq́; Rheni, per caſtra legionum Germaniæ, ab iiſdem dirigitur Alpibus XII. XLIII. *M.p.* Certiorem videlicet ideò hâc dixit eſſe menſuram; quia per omnem Rheni ripam caſtra legionum; ad quæ frequentia Romanorum itinera, ſeu profectiones; quibus menſura ſatis explorata erat. Hactenus de caſtello, & caſtris ad os Rheni Oceanumque: nunç de alteris etiam, his proximis, diſſertatio expediatur.

De Lugduno Batavorum.

CAPVT XV.

PTolemæus in deſcriptione Galliæ Belgicæ opidum habet Λουγόδεινον Βαταούων, *Lugodinum Batavorum*; quod ad ripam medij Rheni ex eodem auctore pertinere, ſupra docuimus. Nomẽ ipſum, ſive ab ipſo Ptolemæo ſic ſcriptũ, ſive ab tẽporis iniquitate, ſeu imperito aliquo librario depravatum, certè falſum eſt. Rectius apud Antoninum in Itinerario provinciarum item apud auctorem Tabulæ itinerariæ *Lugdunum*. Vrbs hodiè eſt celeberrima, Rheno amni impoſita, gratiſſimum Muſarum domicilium, quam vulgari vocabulo vocant **Leyen**. Hãc vulgus Latinorum Romano ori *Legiam* exprimendam cenſet; quaſi à legione, ſeu legionibus dictam, quæ ibi caſtra habuerint Politiores tamen, novo in Latinum modum formato vocabulo, *Leydam* ſcribunt; quum vernaculo etiam ore cultioribus dicatur **Leyden**. quod genuinum atq; germanum urbis nomen. illud verò ab hoc deflexum. Vſitatiſſimum quidpe harum regionum incolis literam *d.* in medio dictionum elidere. Sic inſula Selandiæ, quæ ante **Schalden** vocitabatur (id eſt Scaldia, ab flumine Scalde, quę nunc vulgò accolis **Schelde**, quondam verô **Schalde**) mutato *l.* in *u.* (& hoc frequentiſſimum huic genti pariter ac univerſæ Galliæ, Angliæque) dicta fuit **Schauden**: dein eliſo *d.* & ſuppoſito **w. Schauwen**; mox

Lugdunum Batav. nũc **Leyden.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

mutato *a*,in *o*.Schouwen. At vocabulum Leyden ex veteri voce *Lugdunum* profectum,temporisque ac incolarum vitio inclinatum,neminem dubitare par eſt , quando ſitus loci convenit.Quod autem *Λουγόδεινον* in litore à Ptolemæo deſcribatur;contra verò Leida VII. circiter millibus paſs.à mari recedat;nihil eſt quod te turbet,aut in dubiam trahat ſententiã . declupo pejus errare in alijs vſitatiſſimum Ptolemæo. Opida aũt in litore cenſere,quæ paullo remotiora fuerint,etiam Plinio& Straboni,& Melæ,& alijs geographis factitatum. Tabula ſanè itineraria Lugdunum à mari remotum in mediterraneis habet. Antiquiſſimum eſſe locum,vbi Druſus Germanicus altera illa caſtra poſuerit,juxta quæ caſtellum quoq; à Brinione, vti ex Tacito cognovimus, expugnatum , haud dubium eſt: quando, tãquam præcipuum Batavorum opidum à Ptolemæo citatur. ad quam dignitatem haud facilè ſtatim ab origine evadere potuit,ſi circa Ptolemæi tempora id conditum ſuſpiceris. A Romanis primùm extructum videtur in caſtellum cis Rhenum,juxta quod caſtra militum. *Lugduni* nomen quando ſortitum, haud facilè dictu eſt. Nominis tamen origo hæc videtur. Eſt mediâ ferè in vrbe inſula, quam Rhenus efficit in duos alveos ſciſſus : quorum ſiniſter *vetus* appellatur *Rhenus*; dexter,*novus*. Mediâ in inſulâ,id eſt, citra veterem alveum, Galliæ quondam terminum collis eſt,mediocriter editus, manibus mortalium,vt liquidò viſentibus patet,adgeſtus, cui munimentum ſuperſtrueretur. Ab hoc colle vrbem nomen traxiſſe conjicio.vox quidpe Dun/ veteri Gallorum linguâ *collem* ſignificat,ſeu *montem*: teſte Clitiphonte, antiquo auctore apud Plutarchum , qui *De amnibus* librum conſcripſit. Vnde etiam Lugdunum ad Rhodani Ararisq; confluenteis nomen habuit;*quia in colle*,vt Seneca teſtatur epiſt.91.vel *ſub colle*, vt Strabo lib. 4,conditum erat. Dio Caſſius hoc ante *Λουγούδουνον* appellatum fuiſſe docet lib.46.Vnde ſuſpicor Lugdunũ quoq; Batavorũ ab initio *Lugudunũ* nuncupatũ.hinc corrupta Ptole-

Lugdunum vnde dictũ.

męo vox Λουγόδεινον. Collis aũt in Batavorũ Lugduno à Druſi militib. ſub Auguſto Cæſare congeſtus ſit, an ſub quo alio poſteà imperatore, difficile dictu eſt. Lapides certè, ex quibus munimentum colli ſuperſtructum, eandem ſpecie præ ſe ferunt antiquitatem, quam caſtellum in litore Oceanì juxta oſtium amnis. Ab Engiſto Friſiorũ rege circa an. Chriſti CCCCL. conditum eſſe, qui è chartis contendere velit, nec alia, quæ fabulosè in ejusmodi chartis narrantur, abnuet. Opus certè hoc Romanæ videtur eſſe ſtructuræ. Apud Antoninum in Itinerario provinciarum, hęc verba leguntur: *A Lugduno caput Germaniarum Argentorato M.P.* CCCXXV. Quæ verba eò hactenus intellecta fuêre, quaſi Antoninus Lugdunum Batavorum appellrâit *Caput Germaniarum.* Quo argumento, haud ſatis diſpicio. Nam Lugdunum ad confluenteis Rhodani, Arariſque fluminum, rectè quidem *Caput Galliarum* vocatur ab auctore Tabulę itinerarię; quia ſatis conſtat, principem fuiſſe Galliæ vrbem. vnde etiam ipſa provincia *Lugdunenſis*, jam inde ab Auguſti Cęſaris temporibus dicta. At in Germanijs (Ciſrhenanis puta) vel Colonia Agrippinenſis facilè principem locum obtinere potuit; vt ex omnibus patet hiſtorijs, maximè verò ex hiſtoriâ Am. Marcellini, qui libr. 15. *ampli nominis vrbem* in ſecundâ Germaniâ appellat: & paullò pòſt, vbi vtriusque Germanię vrbeis recenſet, primo loco ponit eandem in eâdem Germaniâ. Quamobrem demiror ego, vnde hoc Batavorum Lugduno epitheton. vereorque, ne ſciolus aliquis, videns in Tabulâ itinerariâ Lugdunũ illud vocari *Caput Galliarum*; huic quoque apud Antoninum conſimile epitheton adſcripſerit, *Caput Germaniarum* id appellans. At aliam quoq; habeo conjecturam haud levem. Prædicta ſcilicet verba ſic legenda ſuſpicor: *A Lugduno Argentoratum caput Germaniarum.* Argentoratum quidpe pręcipuum fuiſſe Antonini tempore Germaniarum vrbem, vel inde patet, quòd Antoninus & auctor Tabulę, itinera ex diverſis locis eò terminarunt, tanquàm ad lo-

cum celebrem. tùm quòd in tabulâ, majore figurâ, vt & alia primaria loca, notatum eſt. Quapropter erraſſe mihi vehementer videtur, magnus in alijs vir, mihi quondã amiciſſimus, quẽ in parentis loco (id amore ſuo evicit) ſemper colui, Ioſeph. Scaliger; qui Valentiniani Imperatoris tempore vicum fuiſſe cenſuit. Error ejus planiùs vti diſcutiatur, altior ſuſcipienda eſt diſſertio. Ac primùm Auſonij carmen, quia ex hoc id collegit, in medium adducatur. Moſellam amnem poëta deſcripturus, ſic infit:

Transieram celerem nebuloſo flumine Navam,
Addita miratus veteri nova mœnia vico:
AEquavit Latias vbi quondam Gallia Cannas,
Infletæq; iacent inopes ſuper arva catervæ.
Vnde iter ingrediens nemoroſa per avia ſolum,
Et nulla humani ſpectans veſtigia cultus,
Prætereo arentem ſitientibus vndiq; terris
Dumniſſum, riguasq; perenni fonte Tabernas:
Arvaq; Sauromatûm nuper metata colonis:
Et tandem primis Belgarum conſpicor oris
Nivomagum, divi caſtra inclyta Conſtantini.
Purior campis aër: Phœbusq; ſereno
Lumine purpureum referat iam ſudus Olympum.
Nec iam conſertis per mutua vincula ramis,
Quæritur excluſum viridi caligine cœlum:
Sed liquidum iubar, & rutilam viſentibus æthram,
Libera perſpicui non invidet aura diei,
In ſpeciem quum me patriæ, cultumq; nitentis
Burdigalæ, blando pepulerunt omnia viſu,
Culmina villarum pendentibus edita ripis,
Et virides Baccho colles, & amœna fluenta
Subterlabentis tacito rumore Moſellæ.
Salve amnis laudate agris, laudate colonis,
Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ.

Ad

Ad hæc Scaliger: *Auſonius vivente adhuc Valentiniano patre, præfectus prætorio Galliarum, Argentorato Treviros proficiſcens, multum ac diu Argentoratum ipſum contemplatus eſt, admiratus nova mœnia, quibus ille vicus nuper circumdatus fuerat: cum paucis aliquot ante annis & illum vicum à barbaris vaſtatum, & cruentam cladem ibidem barbaris acceptam meminiſſet. Nam à Claudio Iuliano nobiliſſimo Cæſare ſub Conſtantio in campis Argentoratenſibus cæſæ fuerant infinitæ hoſtium copiæ. Itaq; inde recedens, vt iam dixi, Treviros cogitabat. Neceſſe autem ei, qui à campis Argentoratenſibus Treviros proficiſcitur, Navam fluvium traijcere.* Et paullo poſt: *Tranſivit autem fluvium Auſonius non ad Bingium, quod hodiè vocatur* **Bingen**: *nam longinquum eſt; ſed non longè à ſilva, quæ hodiè vocatur* **Vnderwaldt**: *quod ab illa ſilva directum iter ac compendioſum ſit ad opidum Noviomagum, cuius poſteà meminit.* Treviros Auſonium profectum collegit Scaliger ex duobus his verſibus:

Salve amnis laudate agris, laudate colonis,
Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ.

Hi quidpe Auguſtam Trevirorum denotant. Ac primùm quòd ait, neceſſe eſſe ei, qui ab Argentorato Treviros proficiſcatur, Navam (**Nahe** hodiè vulgò dicitur ad opidum **Bingen**) trajicere flumen; in eo ſatis longè aberravit à viâ rectâ & compendioſâ. Hæc enim eſt ab Argentorato per **Zweybrucken/Limpach/Otweiler** / & **Grimberg**. hinc tandem ſequitur Auguſta Trevirorum; quo in itinere nuſquam attingitur Nava fluvius. Auſonius Trevirorum Auguſtam an pervenerit, vti ex hoc carmine incertum; ſic eundem non Argentorato, ſed Bingio profectum ſatis liquet. Et quænam, per fidem, hæc ὑπερπήδησις ab Argentorato ad Navam mox, ſine vllâ locorum interjacentium mentione? quum tamen in multo breviore ſpatio, inter Navam & Nivomagum, ſilvas memoret, & Dumniſſum, & arenteis circa terras, & Tabernas cum fonte, & arva Sarmatis attributa. Sed Bingio pro-

fectum poëtam, mox infrà docebo. nunc Argentoratum non vicum Auſonij temporibus, ſed clariſſimam fuiſſe vrbem, probandum eſt. Ad eam rem præter Antonini & auctoris Tabulæ itinerariæ auctoritatem, valet teſtimonium Ptolemæi; item Zoſimi & Marcellini. Ptolemæum (qui longè antè Valentiniani tempora Geographiam ſuam condidit) non vicos, ſed præcipuas tantùm vrbeis recenſuiſſe, nemo eſt, qui non perſpiciat. Is autem in deſcriptione Belgicę Galliæ, quum Argentoratum quoque citet, legionemque ei tribuat IIX. Auguſtam, haud dubiè vrbem innuit. Zoſimus ſub initium libri tertij, pugnam apud Argentoratum, victoriamque Iuliani Cęſaris referens, diſertè πόλιν, id eſt, *vrbem*, non κώμην, hoc eſt *vicum* appellat. Conſimiliter Marcellinus libr. 16. *vrbem* vocat. Hos omneis mendacij, ſeu erroris arguere, tam infirmo Scaligeri argumento, furoris puto. Magnam factam eſſe ad Argentoratum à Iuliano Cæſare cladem Germanorum, omnes loquuntur hiſtoriæ iſtius ſeculi. At quomodò huc quadrat verſus Auſonji:

Æquavit Latias vbi quondam Gallia Cannas?

Comparatio ſanè nulla fieri poteſt inter Cannenſem & Argentoratenſem cladeis. quidpe in Cannenſi clade Romani cecidêre; in Argentoratenſi verò hoſtes. Romanorum quoque in Galliâ cladem poëtam innuere cerum eſt. Ac vox *quondam* remotiùs ſanè tempus denotat, quàm quod inter Iuliani pugnam, & Valentiniani patris imperium interceſſit. Quòd ſi poëta pugnam ad Argentoratum intellexiſſet, poterat voce vti *nuper*, quæ magis congrua, vt mox infra:

Arvaq; Sauromatûm nuper metata colonis.

Et hoc quidem ſub Diocletiano, à Conſtantio & Maximiniano Cæſaribus ante pugnam Argentoratenſem factum; vt auctor eſt Eutropius lib. 9. *Varia deinceps*, inquit, *& ſimul & viritim bella geſſerunt* (dicti Cæſares) *Carpis & Baſternis ſubactis, Sarmatis victis: quarum nationum ingentes captivorum copias in*

Roma-

Romanis finibus locaverunt. ſcilicet in Galliâ, vt teſtis eſt poëta. Ergo ſi hæc Sarmatarum locatio in Galliâ, *nupera* Auſonio; quantò magis debebat eſſe pugna Argentoratenſis, à Iuliano pugnata? Hæc verba;

— iter ingrediens nemoroſa per avia ſolum,
Et nulla humani ſpectans veſtigia cultus,

ipſe Scaliger intelligit de ſilvoſo inter Navam & Nivomagum ad Moſellam amnem tractu. nec tamen perſpexit, his ſilvis junctum fuiſſe vicum, vnde egreſſus Auſonius. Quidpe deſcripto vico,

Æquavit latias vbi quondam Gallia Cannas,

mox poſt alterum verſum ſubjicit:

Vnde iter ingrediens nemoroſa per avia ſolum,
Et nulla humani ſpectans veſtigia cultus,
Prætereo arentem ſitientibus undiq; terris
Dumniſſum,

Dumniſſus auctori Tabulæ itinerariæ, in itinere à Bingio Trevirorum Auguſtam *Dumnos* vocatur. Eſtque hodie Daun, vt ſuo loco clariùs demonſtrabitur. A Dumno *Belginum* in eodem itinere collocat idem auctor; dein *Noviomagum*, vt ipſe Auſonius. Vnde perſpicuum fit, non Argentorato profectum poëtam, ſed Bingio; quod antè vicus, tunc in opidi modum novis mœnibus cinctum erat. At monendus lector, hæc me non tam oppugnandi clariſſimum virum gratiâ ſcripſiſſe, quàm vti celeberrimæ nunc vrbi, antiquiſſimus ſplendor adſereretur; tùm vti mendoſa apud Antoninum lectio perpurgaretur. Argentoratum igitur jam inde à Ptolemæi temporibus clara urbs, pòſtetiam in hiſtorjis Romanorum celebratiſſima, haud dubiè *Caput Germaniarum* ab Antonino appellata eſt. non autem Lugdunum Batavorum; cujus nomen, niſi apud geographos, Ptolemæum, Antoninum, & auctorem Tabulæ itinerariæ, nullibi reperias. Argentoratum Ammianus Marcellinus libro 15 diſertè inter præçipuas

primæ Germaniæ urbeis recenſet; quarum reliquæ Magontiacus, Vangiones, Nemetes. Hadr. equidem Iunius, in Bataviâ ſuâ, de Lugduno Batavorum verba faciens, vocem *caput*, pro *initio* accipiendam docet; quaſi Lugdunum hoc *initium* fuerit *Germaniarũ*. Verùm is apertus error eſt. quidpe *finis* rectiùs dicebatur *Germaniarũ* Romanis, quàm *initium*; ſi ſitum Lugduni, vrbisq; Romæ reſpicias. Vnde etiã ſuperior Rheni ripa, *Prima Germania* appellata fuit Romanis; inferior verò *Secunda*. At ſi heic *caput* pro *initio* accipiendum foret; certè apud auctorem Tabulę itinerariæ idem fieri oporteret in Lugduno ad Rhodani, Ararisque confluenteis; quod *caput Galliarum* is appellat. Quod manifeſtè falſum eſt. quidpe ex Italia venientibus, non initium Galliarum eſt ad Lugdunum; multis aljis inter hoc & Alpeis intercedentibus opidis. Hieron. Surita in Emendationibus ad Antonini Itinerarium. *Ita*, inquit, *caput Germaniarum hoc loco accipi Lugdunum video, quemadmodum Plinius Segobrigenſes caput Celtiberiæ nuncupavit, id eſt, in ſuperiore Celtiberiæ parte ſitam eorum vrbem.* At comparatio hæc oppidò mala eſt. quidpe Lugdunum hoc Batavorum in infimâ inferioris Germaniæ parte. Tum Plinium, dum Segobrigam *Caput Celtiberiæ* appellat, principem regionis totius vrbem intellexiſſe, quis dubitabit, qui ſequentia ejus verba legerit? Lib. 3. cap. 3. ſtipendiarios provinciæ enumerans, poſt alios, *Caputq́*, inquit, *Celtiberiæ Segobrigenſes Carpentaniæ Toletani, Tago flumini impoſiti.* En Carpentaniæ caput ait eſſe Toletum. an hoc etiam, quia in ſuperiore parte? At in medjis Carpentanorum finibus fuiſſe, vel Ptolemæi te docebit tabula. Quin ipſum audi Plinium ſeq. cap. eod. lib. quid per vocem *caput*, intelligat. *Vocontiorum*, inquit, *civitatis fœderatæ, duo capita Vaſio, & Lucus Auguſti.* Scilicet principeis vult indicare vrbeis. Ortelius in Theſauro geograph. vt anteà de caſtello ad oſtium Rheni, heic etiam falsò conjecit, Leidam dictam eſſe *caſtra legionum Germaniæ* apud Plinium; quum hîc vniverſa, vt antè
moni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

monitum, caſtra ad Rhenum à fonte ad oſtium uſque intelligat. Atque hæc ferè ſunt, quæ de Lugduni Batavorum antquitate dicere habuimus.

Armamentarium Romanum; Prætorium Agrippinæ; Trajectum; Arenacum; & alia Batavorum loca; item nemus ſacrum.

CAPVT XVI.

AVctor Tabulæ itinerariæ poſt duo à Lugduno millia paſſuum *Prætorium Agrippinæ* memorat, notatum eodem picturæ genere, quo aquæ calidæ paſſim per provincias Romanas, in eádem tabulâ deſignantur. Quem locum viri docti (in quibus primus, antiquitatis peritiſſimus Marcus Velſerus, Duumvir Auguſtanus) vicum **Roomburg** interpretantur. Nec indoctè; quum tria maxima ſint huius rei argumenta. Primum eſt in ipſo vocabulo vici, quod Romanum nomen apertè clamat, conditumque à Romanis quondam locum manifeſtò teſtatur. Alterũ argumentum eſt loci ſitus ac diſtantia à Lugduno: quæ ſic dimetienda eſt. Auctor dictæ tabulæ, item Antoninus in Itinerario, x. numerant M. p. inter Lugdunum & Albiniana, quæ **Alphen** hodiè dici, infra demonſtrabimus. Spatium ſoli inter **Alphen** ac Leidam in decem portiones ſi ſecueris, parùm admodum aberit, quin Romæoburgo duæ decimæ, id eſt, duo M. p. conveniant. Pro tertio argumento ſunt inſcriptiones lapidum antiquæ, aliæque antiquitatum Romanarum reliquiæ innumeræ, ſuperioribus annis heic erutæ. quarum imagines apud Hadr. Iunium, & Petrum Scriverium in Antiquitatibus Batavicis reperiuntur. Nobis etiam quondam pars earum eodem in vico, & paſſim in agro diſperſa viſa eſt. De nomine idem ſentio quod Marcus Velſerus. cujus verba huc adſcribere haud pigeat. Is igitur in explicatione qua-

Prætorium Agrippinæ, nũc **Roomburg.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

rundam ſchedarum dictæ tabulę, his ex Taciti Annal. 12. præmiſſis: *Agrippina* (Claudji Imperatoris uxor) *quò vim ſuam ſociis quoq; nationibus oſtentaret, in opidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos, coloniamq; deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipſius*: *Ego hanc* (inquit Velſerus) *ambitionem in Coloniæ, & huius Prætorij nomine valuiſſe ſentio. Neq; tamen valde ambigo, Prætorium etiam ad Agrippinam Germanici filiam pertinere.* *Certo fortaſſis conſilio Bataviam oſtentationi delegit imperioſa & ſagax mulier, quò apud illam gentem venerationem augeret, ex quâ Auguſtorum, Auguſtarumq; corporis cuſtodes.* Scilicet ambiguus ſanè, atq; incertus eſt hujus Prætorji conditor. Illud tamen ſilentio prætermittendum haud cenſeo; ſi Agrippinarum alterutra, ſive Claudij, ſive Neronis vxor, Prætorium hoc ſtruxit, quò vim ſuam atque magnitudinem ſocjis nationib. oſtentaret; certè nō agreſti opere, nec humili, atq; exiguâ formâ, ſed magnitudine Romanâ condignū id ſtruxit. Hujusmodi ſi fuit, miror ſanè, nullam ejus apud Tacitum in rebellione Batavâ fieri mentionē. Nam & hoc haud dubiè Batavi, Caninefatesq; expugnaſſent, vt bina caſtra infrà ſita; aut Romani incendiſſent, vt duo caſtella, juxta dicta caſtra poſita. Quapropter magna mihi hinc oritur dubitatio, an ulla dictarū Agrippinarum id condiderit. Nomen tamē vnde poſt eas adeptū ſit, haud facilè diſpicio. Ceterùm lapidis inſcriptionē, qui armamentarij per Severum, Aureliumq; reſtaurati meminit, ſuprà exhibuimus. Hunc lapidem in vico Romæoburgo repertum teſtantur, vt ante retulimus, Aur. Cornelius, & auctor magni Chronici Hollandiæ. Vnde docti viri conjiciunt Romæoburgi quondam fuiſſe armamentarium illud Romanum, quod vulgus ſcriptorum oſtio Rheni tribuit. Ac ſanè longè aptiùs iſti loco congruit; vt qui in mediterraneis poſitus. Et, ſi Prætorium heic vnquàm fuit, nihil magis inter ſe convenit, quàm Prætorium & armamentarium, quieto in loco, extra caſtra poſita. Antiquiſſimam eſſe armamentarij originem ſatis aper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

âpertè ex eo colligitur, quòd jam Severi Imperatoris tempore vetuſtate collapſum fuit; quum tamen Romanæ fabricæ firmiſſimo opere conſtiterint; vt patet ex antiquiſſimorum paſſim monumentorum reliquijs. De interitu cùm Prætorii, tùm armamentarii, nihil habemus quod adferamus. Pòſt X. à Lugduno M. paſs. recenſent Antoninus & auctor Tabulæ itinerariæ locum, cui nomen *Albiniana*. & hinc XVII. numerat M. paſs. Antoninus ad Trajectum. Huic ſpatio, ſitui cis Rhenum, ac nomini probè convenit pagus hodiè Hollandiæ **Alphen** vulgari vocabulo dictus. nam *Albiniana* facilè Germanum os declinavit ad **Alben**: ex quo mox **Alpen**: ac tandem **Alphen**. Notandum autem apud Antoninum legi *Albimanis*, & pejùs apud auctorem Tabulæ *Albamanis*. Verùm quia & ſpatium, & ſitus in **Alphen** reſpondent, ſcitè viri docti rejectâ tabulæ voce, vocem *Albimanis* correxerunt in *Albinianis*. facilis namque lapſus ex *in* in *m*. Caſtra fuiſſe Romana, ab Albino aliquo præfecto condita, vulgò ſibi perſuadent magis, quàm probant viri eruditi. Nos quid hîc adfirmemus, ſeu negemus, prorſus nihil reperimus. Medio Lugdunum inter & Albiniana ſitu, id eſt, V. utrimque millibus paſs. interjectis, locum tabula exhibet, cui nomen *Matilonis*. Is hodiè vacuus eſt, oppoſitus transrhenano pago **Coukercke**. ad XVII. ab Albinianis, & XXVII. à Lugduno M. P. habet Antoninus in Itinerario *Trajectum* cui nomini, ſitui cis Rhenum, ac ſpatio reſpondet inclyta hodiè vrbs, vulgari voce **Vtrecht** / & contractiore **Vtert**. Vnus refert ex antiquis, Antoninus; cui vetuſtatis memoriam omnem debet. Lambertus Hortenſius: *Apud omnes*, ait, *conſtare ab initio eam Antoninam fuiſſe appellatam.* quod haud immeritò Ortelius negavit ſibi perſuaderi. quidpe nullum hujus rei Hortenſius neque citavit, neque habuit auctorem. *Tamen ipſum*, inquit, *locum cum ob ſoli vbertatem, reiq; frumentariæ copiam, tum propter ſitum, ad merces in Oceani inſulas, & Celticam ſecūdo Rheno pervehendas, jam ſub Iul. Cæſaris in*

Albiniana nunc **Alphē**

Matilo.

Trajectum.

Germaniam traiectum, inter barbaros veriſimile eſt mercatu celebrem fuiſſe. Quam ille heic Celticam intelligat, aut quæ eſſe poſſit, nondum ego perſpicio. Cæſaris autem Commentarios, item Taciti hiſtorias penitùs eum cognoviſſe, haud facilè inducor vti credam. Quidpe barbaras Germanorum genteis iſto ſeculo Rhenum accoluiſſe, quibus nulla inter ſe, nedum in Oceani inſulas commercia, ex vtroque auctore ſatis vel puero legenti liquet. à M. Antonio, Cæſaris legato, dum is Belgicam ſubjugaret, conditam vrbem, nomenque impoſitum, conjicit cum eodem Hortenſio Iunius cap. 11. *In Bataviâ*, inquit, *tum Romanorum ſociâ præſidiarium caſtellum Rheni ſuperciliis impoſitum condiderit, vbi in hibernis miles eſſet.* Verùm neque Iunius, neque Hortenſius hiſtorias Cæſarianas ſatis perſpexerunt. Nos in Batavorum fineis neque Cæſarem, neq; quenquam legatorum ejus cum milite penetraſſe infrà oſtẽdemus. Tùm verò nullas fuiſſe vrbeis Batavis, nullaq; oppida in inſulâ, ne Taciti quidẽ ævo, jam anteà ſatis demonſtratum eſt. Ceterùm Beatus Rhenanus neſcio quò mentẽ intenderit, quum *Trajectum* hoc ad Rhenum, **Maeſtricht** opidum ad Moſam interpretatus ſit. Quid namq; Coloniam Agrip. à Lugduno tendentib. tranſitio per **Maeſtricht** eſt? Sciliet Rhenanum decepit vrbs cognominis **Maeſtricht** / quæ apud Sigebertum Gemblacenſem, alioſq; poſterioris ævi ſcriptores ſæpiùs *Trajectum* appellatur. Opidum **Vtrecht** Latinorum vulgò hodiè dicitur *Vltrajectum*, vocabulo ex dicto Sigeberto deſumto. Is in Chronographiâ ſuâ ſub Iuſtiniano imperatore, an. IↃCXCVII. res geſtas referens: *Wilibrodus*, inquit, *à Sergio Papâ Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Friſonum Epiſcopus conſecratus, ex dono Pipini principis ſedem epiſcopalem ſtatuit in loco* **Vultaburch** / *qui nunc* Vltrajectũ *dicitur, à nomine gentis Vultarum & Trajecto compoſitum, quaſi Vultarum oppidum. Nam* Trajectum *linguâ Gallicâ* oppidum *dicitur*. Quæ Sigebertus à Bedâ habuit. Is quidpe de geſtis Angl. lib. 5. c. 12. de eodem loquens

Traiectum dictũ Vltraiectum.

epi-

epiſcopo Clemente, quem Wilbrordum appellat: *Donavit autem ei*, inquit, *Pipinus locum cathedræ epiſcopalis in caſtello ſuo illuſtri, quod antiquo gentium vocabulo* **Wiltaburg**/*i.e.* oppidum Wiltorum, *linguâ autem Gallicâ* Trajectū *vocatur*. Verùm quid Gallica lingua ad hanc Rheni ripā, in Friſijs, vt ipſi volunt? quū jam aliquot ante Cæſarē ſeculis Gallos Germani ex majore Belgicæ Galliæ parte pepulerint; nec vlla gens Gallica in poſterum regreſſa. Tùm ſi verum, quód vox *trajectum* ſignificet *opidum*; quomodò hic locus apud Antonin. *opidum* appellari potuit ſine nomine proprio, aut adjectivo; quùm innumera fuerint per omnē Galliā opida? aut quomodò ipſe Sigebertus vrbē **Maeſtricht** Trajectum appellavit, id eſt, opidum ſine peculiari vocabulo? Deniq; quomodò iſtius opidi nomē Romanos latere potuit, qui etiamtùm ripā hanc caſtris atq; militib. ſuis tenuerunt; *Vultarum*, ſive *Wiltorum* gente adhuc incognitâ? Certè vox *Traiectum*, à Romanis opido, ſeu vico indita, nihil heic, niſi verum fluminis trajectum, ſeu transmiſſum indicat. Nec heic ſolum; ſed vbicunq; opidōrum, pagorum, vicorumq́; nomina in **tricht**/ſive **trecht**, ſeu **drecht** terminata reperias. hæc quidpe ſemper fluminib. aljisve aquis adpoſita. Sic in Hollandiâ **Haestrecht** & **Moertrecht**/ad Iſelā amnē, haud procul Goudâ vrbe, **Papendrecht** & **Slydrecht** ad veteris Vahalis fluenta; & in inſulâ **Dordrecht**/itē in aliâ inſulâ **Barendrecht** ad lacus. in Geldriâ **Tricht**/, in dextrâ Lingæ amnis ripâ. in Brabātiâ **Woensdrecht** & **Oſſendrecht**/in dextrâ Scaldis ripâ; & **Berēdrecht** propè lacus. in Flādriâ **Zwijndrecht**/ propè ſiniſtrā Scaldis ripā; & **Kieldrecht**/ad lacus; itē **Adrecht**/ in dextrâ dicti fluminis ripâ, haud procul vrbe Gantio. Sic vltra Rhenum quoq; duo pagi haud procul Trajecto vrbe, alter in Geldriâ **Loesdrecht**/alter in Trajectino agro **Mydrecht**: vterq; ad foſſam ſitus. Quapropter Iunius erraſſe mihi videtur, qui vrbem, quæ vulgò **Dordrecht** appellatur, Latinè appellandam cenſuit *Durodrechtum*, quaſi *Duri* (fabuloſi cujusdam

& commentitij hominis) *Forum*. **Drecht** quidpe interpreta-
tur *forum*, ſive *locum vbi mercatus celebrari* conſuêrunt. Iunij fi-
dem atque auctoritatem ſequutus Petrus Bertius, rem eandem
adſeverat in Hollandiæ deſcriptione. Trajectum ad Moſam
inde appellari, quod vulgò illac transmittebant viatores am-
nem, alibi monebimus. At quomodò, inquies, nomen Lati-
num apud Germanos? Haud ſecus ac ipſi Latini ſeu Romani.
qui quum vni atque alteri loco, vel etiam pluribus hoc vocabu-
lum inderent, arreptum ab incolis, licet corruptè, alijs conſi-
milibus locis impoſitum fuit. Vſitatum fuiſſe poſteriorib. Ro-
manis, ejusmodi locis vocabulum indere, exemplo eſt vicus in
Italia ad Lirum amnem, vbi Minturnæ quondam fuêre, Italis
nunc *Trajetto* dictus, mero Latino vocabulo, haud Italico. At
quantum fidei Sigeberto, alijsque iſtius ſeculi ſcriptoribus ad-
hibendum, vel ex vno illius exemplo cognoſci poteſt. *Civita-
tem*, ait, *quam Antoninus Pius cum filio Aurelio condiderit, &
Sommonobriam ab adjacente flumine appellaverit, Gratianum im-
peratorem ſub dominio mancipatam, mutato nomine, Ambianis ab
ambitu fluminnm feciſſe vocari*. Quod, quæſo, hoc ipſo magis
nugatorium commentum? quæ fabulæ magis aniles? Samaro-
bria Ambianorum gentis caput eſt apud Ptolemæum. in Am-
bianis fuiſſe antiquiſſimam principemq; urbem Samarobrivã,
ſive Samarobrigam, in quâ Cæſar hiemavit, clarè ex ipſius cõ-
mentarijs De bello Gal. cogniſcitur. Cicero quoq; ejus memi-
nit in epiſtolis. Ecquid igitur Sigeberto potiùs credam, qui ab
Antonino primùm conditam ait, nomineq; Sommonobriæ
ſignatam? Haud puto. Poterat equidem ille ex unius Am. Mar-
cellini hiſtoriâ diſcere, hujus ævo omneis ferè populorum Gal
licorum principeis vrbeis, abjectis propriis nominib. ipſarum
gentium vocabula adſciviſſe. Sic Auguſta Rauracorum, *Raura-
ci* iſti auctori dicitur. Sic Noviomagus Nemetum, *Nemetes*;
Bormitomagus Vangionum, *Vangiones*; Divodurum Medio-
matricorũ, *Mediomatrici*; Auguſta Trevirор. *Treviri*; Aduatuca
Tun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Tungrorum, *Tungri*; Auguſta Sueſſionum, *Sueſſiones*; Durocortorum Rhemorum, *Rhemi*; Lutetia Pariſiorum, *Pariſii*; Avaricum Biturigum *Biturges*. Quæ nomina in hanc vſq; diẽ, licèt corrupta, aut inclinata, iisdem locis manent. Ad eundem igitur modum Samarobriva Cęſaris, Ciceronis, ac Ptolemæi, nomine proprio in gentis, cujus caput erat, vocabulum permutato, *Ambiani* multitudinis numero dicta eſt. vnde etiam nunc vulgare nomen manet, *Amiens*, eodẽ numero. Ceterùm illuſtre Pipini caſtellũ, quod Beda **Wiltaburg** appellat, haud dubiè is locus fuit, qui nunc etiam III. M. & DC. circiter P. ſuprà Trajectum **Wiltenburg** indigetatur: vbi multa ſuâ ętate antiquitatis rudera effoſſa teſtatur Iunius. Hinc ſuſpicor, quum locus iſte tàm propè eſſet Trajectum opidũ (vbi ſedẽ epiſcopalẽ Pipini cõceſſu ſtatuit Willibrodus) natum eſſe Bedę errorẽ, vti is in ipſo caſtello ſedẽ epiſcopo conceſsã exiſtimaret. Id tamẽ haud abnuerim ab Vultarum, ſive Wiltorum gente cognominatũ poſteà Trajectum iſtud: quando quoq; Noviomagus in Hiſt. Batavicâ diſertè teſtatur, ſe legiſſe in libris, antè DC. annos ſcriptis, duo hęc nomina, *Wiltraiectum*, & *Vltraiectum*. Quemadmodum igitur Trajectum ad Moſam, ad differentiã illius ad Rhenum, **Maeſtricht** vulgò cognominatum fuit; ſic illud ad diſcrimen hujus *Vultarum*, ſive *Wiltorum* cognomine nuncupatum. quod nomen poſtmodò in *Vltraiectum*, ac mox *Vtraiectum*: vndè etiamnunc vocabulum manet **Vtrecht**/ & corruptiùs **Vtert.** Hortenſij auctoritas, qui bella inter Cattos, Wiltosq;, nomenq; *Wiltenburgi*, ante Romanorum in has parteis adventum, ſatis imperitè fingit, irriſu exploſioneq; digna eſt. Trajecto Coloniam Agripp. pergens Antoninus, ponit à XV. paſs. millibus *Mannaritium*. cui nomini, ſpatio, atque ſitui citra Rhenũ convenit pagus hodiè Geldriæ, **Maurick** dictus. Hactenus locorum nomina, in Batavorum ſolo apud Antoninum; & auctorem Tabulæ itinerariæ per recentia exponere pronum fuit. Reliqua apud eoſdem explicatu haud facilia; quia & itinera turbata ſunt, & numeri miliarium

corrupti. Auctor Tabulæ duo habet itinera à Lugduno Noviomagum ducentia: alterum ſiniſtrum, per *Prætorium Agrippinæ, Matilonem, Albiniana, Nigrum pullum, Lauros, Fletionem, Levæ fanum, Carvonem, & Caſtra Herculis*, M.p. LXIV. alterum dextrum, per *Forum Adriani, Flenium, Tabla, Caſpingium, Grinnes, Ad duodecimum*, M. p. LXXIV. quanquàm inter Lugdunum & Forum Adriani numerùs millium haud exſtat. Ac rectè equidem dextri itineris numerus numerum ſiniſtri itineris ſuperat: propior quidpe eſt via juxta Rheni ripam. Verùm quum in dextro, id eſt, remotiore itinere ſint Grinnes (nunc **Rhenen** in ulteriore ripâ dicuntur) qui tamen in ſiniſtro non ponuntur; turbata hæc duo itinera, atque inter ſe permiſta videntur. Quid enim dexrâ viâ tendenti ad Grinnes acceſſio eſt: quum ſiniſtrâ proficiſcenti Carvo (**Grave** nunc eſſe opidum ad Moſam mox dicetur) transeundus ſit? Certè inepta hæc eſt duorum itinerum transverſa in crucis vicem ſectio. rectiúsque ſiniſtrâ proficiſcens viâ, Grinnes tranſiret; dextrâ verò tendens, Carvonem. Suſpectum etiam magis reddit utriusque itineris ordinem, numerus millium XXIV. quæ Grinnes inter Noviomagumque numerantur; quum millia heic ſint vix XIII. At Antoninus quoque ſiniſtrâ viâ *Herenatium*, quod nunc eſt **Arnhem**, per Albiniana, & Trajectum, Mannaritiumq; procedens, hinc Carvonem iter ducit. unde dubitare quis poſſit, an Carvo hodiè ſit opidum **Grave**/in ſiniſtrâ Moſæ ripâ, longê extra proximam compêdioſamque viam poſitum. Verúm quum auctor quoque tabulæ iter Lugduno Arenatium per Noviomagum agat, haud compendioſâ viâ; facilè credo & ipſum, & Antoninum rectè per opidum **Grave**, id eſt, Carvonem, iter deſcripſiſſe: non quia hâc proximum compendioſumque, ſed quia illic caſtra ac milites Romani. Noviomagum auctoris tabulæ eſſe

Noviomagũ idem, quod nunc **Nieumegen**, & faciliori ore **Nimmegen** dicitur, cõvincit propinquitas Arenaci, à quo ad illud X. numerat

merat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

merat auctor in tabulâ M.p. tum iter inter Noviomagum & Atuacam M. p. LXVII. totidem quidpe circiter hodiè numerantur inter **Nimmegen** & **Tongeren**. Antoninus inter Mannaritium & Carvonem XXII. numerat M.p.totidéq; inter Carvonem & Herenatium. Quâ in re haud ita multum aberravit. idem quidpe ferè eſt ſpatium inter **Maurick** & **Grave**, & inter **Grave** & **Arnhem**. tum numerus paſſuum tribus tantùm millibus æquum inter **Maurick** & **Grave** ſpatium exceſſit. Auctor tabulæ rectiùs inter Carvonem & Arenatium XXI. M. p. cenſuit. Ortelius quum ex tabulâ itinerariâ ſeſe expedire neſciret, diverſum fecit in tabulâ veteris Belgij Arenacum ab Herenatio; hoc medio ſitu inter Carvonem (quem & ipſe **Grave** intellexit) & Vetera, quæ nunc **Santen**, collocans. At meminiſſe oportuit, *Herenatium* Antonini, ſive, vt quædam habent exemplaria, *Harenacium*, idem eſſe, quod *Arenatium* auctoris tabulę. *Arenatium* autem tabulę, & *Arenacum* Taciti, quanto vocum diſcrimine inter ſe differunt. Sanè ſi non nullo, tamen admodùm exiguo. *Arenacum* autem Taciti eſſe **Arnhem** (quod olim in citeriore amnis ripâ) ſatis ſuprà probatum eſt. Ergò *Harenacium*, ſeu *Herenatium* Antonini ab Arnhemo ne temerè ſejungamus. Caſtra heic fuiſſe Romana, quò rectè Antonini, tabulæq; iter duxit, ex eodem audivimus Tacito. Arenatij igitur, Noviomagi, atque Carvonis veri ſitus iſti ſunt: quorum Carvo equidem nihil ad Batavos pertinet; quia citra Moſam, extra Batavorum ſolum. Inter autem Carvonem & Noviomagum, *Caſtra Herculis* locum ponit auctor tabulæ, XIII. à Carvone, VIII. verò millibus paſ. à Noviomago diſtantem. Quem equidem numerum, quia ſpatium, quod eſt inter **Grave** & **Nimmegen**, longè excedit, corruptum ſuſpicor; maximè quum inter Noviomagum & Arenatium æquali fermè ſpatio X. tantùm tribuat paſ. millia. Vter numerus illinc abundet, inter Carvonem Caſtraque Herculis, an verò inter Ca-

Arenacum.

Caſtra Herculis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ſtra & Noviomagum, haud facile diſpectu eſt. quapropter locus certus Herculis Caſtris adſignari prorſus nequit. Hoc unum ſatis ex Tabulâ conſtat, inter **Grave** & **Nimmegen** ea fuiſſe. Itaque errorem Gerardi Noviomagi mirari ſatis nequeo, qui Caſtra Herculis pagum **Arkel** interpretatus eſt propé Goricomium. Reliquum hunc vellem iter Carvonem inter Lugdunumque expoſuiſſe, haberemus certè, quod rideremus. Sed cui perſuaſum erat, familiam Arkelanam ab Hercule Alemanno, (qui nullus fuit) duxiſſe genus, facile erat iſtud etiam opinari. Nec minor tamen eſt, imò major Ortelij error, qui itidē nominis aliquam alluſionem ſequutus, Caſtra Herculis interpretatus eſt Geldricæ ditionis oppidum **Erkelens**/ haud procul Iuliaco opido ſitum. Quid, malũ, à Carvone, id eſt, **Grave** Coloniam Agrippinenſem tendenti ad **Erkelens** opidum adſcenſio eſt, iterumque deſcēſio ad Noviomagum, atque rurſus hinc ad Coloniam? Sic videlicet ubique ſæpius erramus, quoties nudâ vocabuli alicujus adfinitate, ſine ullâ probabili ratione ducimur. Sed ad inſtitutum. Reliqua loca inter Lugdunum & Noviomagum auctori Tabulæ itinerariæ memorata inveſtigare velle, dementiæ eſſe puto. quidpe quamlibet in varias parteis de ijs diſputari queat; tamen veritas, ſeu certitudo nulla inde erui poteſt: ſcilicet quia nulla nominum exſtant veſtigia; & millia paſſuum, quæ auctor enumerat, minimè æquo ſpatio cōveniunt. proinde in medium relinquere conſilium eſt: utiq; quum nullum alijs auctoribus eâ ex re damnum. Eorum tamen cōjectura diſturbetur, qui *Forum Adriani* modò **Voorſchoten**/ modò **Voorburg**/ modò **Voorhout** pagos conjiciunt: non obſervantes Forum iſtud Adriani in itinere Lugduno Noviomagũ versùs deſcribi: hos autem pagos omneis infrà Lugdunum, averſis ſterni itineribus. Ceterùm de duobus pagis, quorum alter Cattovicum maritimum, alter Cattovicum ad Rhenum, à Cattorum nomine, quia horum proge-

Forũ Adriani non eſſe **Voorſchoten**/ *neque* **Voorburg**/ *neque* **Voorhout.**

progenies Batavi, cognominati putantur, lubrica admodum conjectura eſt. Certè in Cattio Selandiæ, item in Cattovico Geldriæ ad Moſam, falſam omninò eſſe ſupra demonſtravimus. Iſtorum autem eadem videtur ratio. Sed ad alia antequàm tranſeamus, de *ſacro* quoque Batavorum *nemore*, cujus meminit Tacitus Hiſtoriar. 4. pauca quædam diſſeruiſſe hoc loco commodum fuerit. Locus Taciti hujusmodi eſt: *Civilis* (rebellionẽ, & arma in Romanos meditans) *primores gentis, & promtiſſimos vulgi, ſpecie epularum, ſacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitiâ incaluiſſe videt, à laude gloriáq; gentis orſus, injurias & raptus, & cetera ſervitii mala enumerat.* Plerique rerum Batavicarum ſcriptores, nemus hoc interpretantur ſilvulam Hagenſem. quidam etiam locum, qui vulgo nunc Lugdunum inter Hagamque dicitur **Schakenboſch**/ paucis quibusdam arboribus juxta ſitis; unde loco vocabulum. **Boſch** quidpe incolis harum regionum *ſilvam* ſignificat. Verùm horum ego opinioni haud temerè acceſſerim. Quidpe *humilis* (ut inquit Tacitus Hiſtor. 5.) *& paluſtris inſula*, antequã foſſa Corbulonis, alięque poſtmodùm foſſæ agerentur, quum Oceani æſtibus, hac maximâ in parte, Oceano proximâ, crebrò oppleretur, arbores ſolo productas his aut elutas, aut omninò ne producerẽtur, impeditas fuiſſe credibile eſt. Neque verò probababile, Civilem rebellionem popularibus ſuaſurum, conſiliaq; de invadendis Romanorum caſtris, militibusque interficiendis capturum, locum caſtris propinquum, & ob id ſecretioribus conſiliis alienum dilegiſſe. At caput totius gentis, ſedemque Civilis fuiſſe *opidum Batavorum* extra inſulam, quod nunc vulgò **Batenburg** nuncupatur, ſupra oſtenſum eſt. in quem locum, *primores* quoque *gentis*, quoties de publicis negotiis conſultandum decernendumque, conveniſſe veriſimile eſt. Propè hunc igitur *nemus* illud *ſacrum* fuiſſe haud ineptè fortaſſis conjecero. Quidpe totus hic tractus (ut aliàs in Arduennæ ſilvæ deſcriptione oſtendetur) nil niſi ſilvarum denſitas. Paullus Me-

Sacrum Batavorũ nemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

rula Hollandus, in libro quem de Conſtitutionibus venaticis linguâ vernaculâ conſcripſit, antiquum hujus ſilvæ nomen fuiſſe contendit **Schakenboſch.** quod poſteà Romani Latinè converterunt in *nemus Sacrum*; quia vox **Schaken** Romano ori difficilis erat pronuntiatu; ſimulque uti rem ipſam exprimerent. Vox enim iſta idem ſignificat incolis harum regionum, quod Latinis *per vim aliquem violare aut ſpoliare*. Vnde Romanis dictum nemus hoc *ſacrum*, quaſi *ſcelestum* & *exſecrandum*; quia viatores in eo frequenter violabantur ac ſpoliabantur. Verùm erraſſe mihi videtur hac in re haud modicé. *Sacrum* certè dicebatur *nemus*, quia alicui deorum, quos Germania coluit, conſecratum. De hujusmodi enim nemoribus ſic Tacitus in libro de Germaniâ: *Ceterùm nec cohibere parietibus deos, neque in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine cæleſtium arbitrantur. lucos ac nemora conſecrant, deorumq́ nominibus appellant ſecretum illud, quod ſolâ reverentiâ vident.* Certo alicui deo quodque nemus conſecratum fuiſſe, patet paſſim ex hiſtoriâ Taciti. Annal. 2. *Cæſar transgreſſus*, inquit, *Viſurgim, indicio perfugæ cognoſcit, dilectum ab Arminio locum pugnæ. conveniſſe & alias nationes in ſilvam Herculi ſacram; auſuros nocturnam caſtrorum oppugnationem.* Annal. 4. *Baduhennæ lucum* auctor memorat. Lib. de Germaniâ de Aſtyorum gente loquens, *Matrem deûm*, inquit, *venerantur. inſigne ſuperſtitionis, formas aprorum geſtant. Id pro armis omniumq́ tutela, ſecurum deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat.* Sic in eod. lib. *Caſtum nemus*, & in eo *Herthũ deam* coluiſſe *in Oceani inſulâ Reudignos, Avionas, Angilos, Varinos, Eudoſes, Suardones, & Nuithones* refert idem auctor. Ad eundem igitur modum Batavorum quoque nemus certo alicui deo conſecratum fuit. Sed de diis Germanorum, lucisque ipſis conſecratis copioſiùs ſuo loco agemus. Nunc reliqua de Batavis noſtris perſequamur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

De origine Batavorum; & quando in notitiam ſocietatemque Romanorum pervenerint.

CAPVT XVII.

ATque hæc ferè ſunt, quæ de Batavorum agro, opidisque ac pagis ex veterum monumentis eruere licuit. Nunc de ipsâ gente, ejusque origine, virtute bellicâ, & ſummâ rei militaris laude, ſermonem exſequi cōſilium eſt. De origine Batavorum hæc Tacitus Hiſtor. 4. *Batavi donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, ſeditione domeſticâ pulſi, extrema Gallicæ oræ, vacua cultoribus, ſimulq́; inſulam inter vada ſitam occupavêre, quā mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.* Item lib. de Germ. *Batavi*, inquit, *non multum ex ripâ, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſticâ in eas ſedes transgreſſus, in quibus pars Romani imperii fierent.* Batavi igitur progenies fuère Cattorum; quos Heſſos atque Turingos nunc dici, ſuo loco demonſtrabitur. Nomen *Batavorum* domo attulerint, an verò egreſſi jam ex Cattis id primùm inter ſe conſtituerint, haud facile dictu eſt. Sunt tamen qui jam tunc hoc nomine appellatos exiſtiment, quum adhuc pars Cattorum in Germaniâ forent. Pro argumento adducit Ianus Douſa filius, in Bataviâ ſuâ, duo nominis veſtigia, quorum alterum in **Battenberg** propè Ederam flumen, alterum in **Battenhauſen** haud procul amne Verrâ in Heſſiâ exſtant. Verùm hęc lubrica conjectatio eſt, nullâ probabili ratione ſubnixa. proinde neque adfirmare, neque negare nobis animus. Dio Caſſius lib. 55. Ξένοί τε ἱππεῖς, inquit, ἐπίλεκτοι οἷς τὸ τῶν Βαταύων ἀπὸ τῆς Βαταύας, τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσὶ, κεῖται. id eſt, *Alienigenæ quoque equites extraordinarii, qui Batavorum, à Batavâ, quæ eſt in Rheno, inſulâ, quia equitandi arte pollent, nomen habent.* Quæ ſanè verba auctor

Batavi Cattorum progenies, nomē domo attulerint, néc-ne, incertum eſt.

citra omnem curam, diligentiamque protuliſſe videtur. Quid enim hoc eſt dicere? *Batavi ab inſulâ Batavâ dicti ſunt, quia equitandi arte pollent.* Inſulam à gente, non gentem ab inſulâ nomen traxiſſe quis dubitet? An verò hoc voluit Dio: Gentem hanc, quæ Rheni inſulam colit, ab equitandi arte nomen accepiſſe Batavorum? Divinatio ſanè eſt; fortè fallax. Ceterũ cauſa ſeceſſionis fuit *ſeditio domeſtica*, quâ inviti per vim à popularibus *pulſi*. Gerardus Noviomagus Hiſtorijs (ut ſcribit) ducum Geldriæ, & item ducum Cliviæ adjutus, multa de Batavorum origine, primoque in inſulam adventu recitat: quæ quum crederet Iunius, pluribus augere atque firmare aggreſſus eſt argumentis, in primo Bataviæ ſuæ capite. Verùm fabulas eſſe aniles, nugamentaque mera, Taciti auctoritas locupletiſſima facilè convincit. Quidpe non ſponte egreſſos Batavos, Batone, ut illi nugantur, duce, novercales inſidias fugiente; ſed *per ſeditionem pulſos* adfirmat. Tungrorum quoque nomen, quod in hiſtoriâ iſtâ fingitur, nondum exſtitiſſe, quum Batavi Rheni inſulã occuparent, ſatis abundéque ſuo loco probabitur.

Tempus ſeceſſionis.

Tempus ſeceſſionis haud facile diſpectu eſt. Hadr. Iunius eo bello pulſos putat, quo *inter Hermunduros Cattosq; certatum magno prœlio, dum flumen gignendo ſale fœcundum, & conterminum vi traherent*; ut auctor eſt Tacitus Annal. 13. Verũ hac in re omnis hiſtoriæ, chronologiæque quã longiſſimè fugiſſe ſeſe memoriam oſtendit. Quidpe bellum hoc Cl. Nerone Romæ imperitante geſtum eſt. Batavi autem longè ante Iulji Cæſaris tempora has oras obſederunt. Tum verò Tacitus *domeſticâ ſeditione*, non bello externo *pulſos* teſtatur. Primus eorum nomen apud Romanos prodidiſſe videtur Cæſar de bel. Gall. com. 4. ubi *Moſa*, inquit, *profluit ex mõte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonũ, & parte quâdam Rheni receptâ, quæ appellatur Vahales, inſulam efficit Batavorum*. Cęſarem Iunius oculatum ſuper Batavorum inſulâ teſtem citat. Gerardus item Noviomagus Cæſarem eam victorem luſtraſſe ait. Quorum uterque fallaci conjecturâ in

errorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

errorem ductus eſt: quum neſcirent, quâ ratione, aut quando Batavi in notitiam, ſocietatemque Romanorum tranſierint. Quidpe Cæſar nullã videtur eâ de re facere mentionem. Strabo quoque, proximus poſt Cæſarem harum regionum deſcriptor, Batavorum nomen ignoraſſe videtur, quum id nullibi memoret. Etenim quod quidam Veromerum Batavorum regem ex Strabone citant, in eo ſanè mendoſo ejus loci vocabulo decipiuntur. Strabo lib. 7. Seſithacum Segimeri Cheruſcorum ducis filium uxorem habuiſſe ait, Rhamin, οὐκρομύρου, *Vcromyri*, ſeu, ut alia exemplaria habent, οὐηρομήρου *Veromeri*, τοῦ Βάττων ἡγεμόνος, *Battorum ducis filiam*. Quo loco vocabulũ, Βάττων, quia prior litera erat B, emendare id commentatores haud dubitarunt in vocem Βαταύων. At quid Seſithacus, Cheruſcorum ducis filius, uxorem duceret ex Batavis, gente ſatis remotâ? Quia Batavi, inquies, Cattorum progenies: Cattorum autem finitimi, & ad id temporis bellorum ſocii Cheruſci. Rectè. Sed meminiſſe oportuit Batavos ſub Tiberio imperatore, quum Strabo geographiam ſuam cõſcriberet, jamdudum cum à Cheruſcis, tũ à Cattis ipſis, alienatiſſimo fuiſſe animo; Rheno amne & Romanorum cuſtodijs caſtrorum utramqúe gentem ab invicem ſecludentibus. Imò infeſtiſſimi fuêre eorumdem hoſtes; ut patet ex Taciti verbis, lib. 4. Hiſtor. *Diu Germanicis bellis exerciti*. Quapropter multò felicior Xylandri mihi videtur emendatio, qui unicâ literâ mutatâ χάττων legit pro Βάττων. Cheruſcorum quidpe ducis filius facilè poterat Chattorum ducis filiam in matrimonium ducere; quando firmiſſima inter duas haſce genteis eâ tempeſtate ſocietas contra communeis hoſteis Romanos. Ceterùm haud rectè illi Veromerum ἡγεμόνα Latinè *regẽ* interpretantur, vox quidpe iſta *ducem* propriè ſignificat. Gerardus Noviomagus in hiſt. Batavorum, *Mos quippe*, inquit, *Batavis erat, juventutem, quæ ab agris colendis vacabat, militari & imprimis equeſtri diſciplinâ exercere, atque exercitos in exteras regiones ad ſtipẽdia facienda mittere. Itaque factum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

eſt, ut bello Mithridatico, aliquot Batavorum cohortes, ſub L. Cæſare, tùm Achaiæ proconſule, patre Iul. Cæſaris, militaret, unà cum Carolo Inacho, Tungrorum regis filio. Horum tanta virtus & fortitudo fuit, ut Senatus Populusq́; Romanus, regem & gentem Batavorum, amicos Senatusconſulto ac plebiſcito declaraverit Iulius autem Cæſar, mortuo patre ſuo, Batavorum cohortes in ſummo honore ſemper habuit, hos corporis ſui cuſtodes conſtituit, his primam aquilam in dubiis bellis credidit, horum potiſſimum operâ Britanniam ſubegit. Durante etiam bello Gallico, Cæſar usque Noviomagum deſcendit, & in amicitiæ ſuæ erga Batavos memoriam, arcis partem, quæ Vahali imminet, Romanorũ more per ſuos architectos & fabros adverſus aquarum impetum muniri fecit, ab ipſoq́; ea ſtructura, Domus auxiliaris, *Batavicè* **Dat huys ter hulpen** *nuncupata eſt.* Hæc ut mera figmenta, nullâ veteris alicujus ſcriptoris, ne fabuloſi quidem (niſi fortè Noviomagus ducum ſuorum hiſtorias citare velit) auctoritate ſubnixâ, digna ſanè non refutatione, ſed omnium irriſione exiſtimamus. Nos certis rationibus, argumẽtisque haud dubiis, ex probabitiſſimis aperiemus auctoribus, quando, & quomodo Batavi in Romanorum notitiam, ſocietatemque primùm penetraverint. Dio igitur Caſſius lib. 55. legionum Romanarum numerum, atque nomina exſequens; Οἵ τε σωματοφύλακες, μύριοι, inquit, ὄντες καὶ δεκαχῆ τεταγμένοι, καὶ οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοί τε ὄντες καὶ τετραχῆ νενεμημένοι· ξένοί τε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βαταύων ἀπὸ τῆς Βαταύας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσὶ, κεῖται. οὐ μέντοι τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἀκριβῆ ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀνακλήτων, εἰπεῖν δύναμαι. καὶ γὰρ τούτους ἤρξατο μὲν νομίζειν ἀφ' οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν. id eſt: *Corporis autem cuſtodes ſunt decem millia, in decem diviſi parteis, & urbis præſidium ſex millia, quadrivariam hi diviſi, tum equites alienigenæ extraordinarii, qui Batavorum, à Batavâ, quæ in Rheno eſt, inſulâ, quod equitandi arte pollent, nomen habent. Eorum, ſicut & Evocatorum numerum dicere nequeo. Vti illis cœpit*

Batavi quando, & quomodò in Romanorũ notitiã, ſocietatemque pervenerũt.

(Augu-

(Auguſtus Cæſar) *tum primùm, quum veteranos patris iterum contra Antonium convocaret.* Ergò jam Iul. Cæſar in exercitu ſuo habuit Batavos. quod diſertè indicat Lucianus De bello civili lib. I. ubi genteis Galliæ, quas Cæſar contra Pompejum in exercitu ſuo duxit, nominatim perſequens:

Et qui te laxis (inquit) *imitantur Sarmata braccis*
Vangiones, Bataviq́; truces.

Id igitur quum ſatis conſtet, fuiſſe in exercitu Cæſaris auxiliareis Batavos; quæritur, quando, aut quomodò in ſocietatem Romanorum pervenerint. Huic quæſtioni reſpondebitur ex ipſo Cæſare; cujus hæc ſunt verba, De bello Gal. com. 4. *Germanico bello confecto* (quod contrà Vſipites, Tenchterosq́ue geſſit) *multis de cauſis Cæſar ſtatuit ſibi Rhenum eſſe transeundum; quarum illa fuit juſtiſſima, quod quum videret Germanos tam facilè impelli, vt in Galliam venirent, ſuis quoque rebus eos timere voluit, quum intelligerent, & poſſe, & audere Pop. Romani exercitum Rhenum tranſire. Acceſſit etiam quod illa pars equitatus Vſipetum & Tenchtherorum, quam ſuprà commemoravi, prædandi, frumentandiq́; causâ Moſam tranſiſſe, neque prælio interfuiſſe, pòſt fugam ſuorum ſe trans Rhenum in fineis Sicambrorum receperat, ſeq́; cum iis coniunxerat. Ad quos quum Cæſar nuntios miſiſſet, qui poſtularent, eos, qui ſibi, Galliæq́; bellum intuliſſent, vt ſibi dederent, reſponderunt, populi Romani imperium Rhenum finire. ſi ſe invito Germanos in Galliam tranſire non æquum exiſtimaret, cur ſui quidquam eſſe imperij, aut poteſtatis trans Rhenum poſtularet? Vbij autem, qui uni ex Transrhenanis ad Cæſarem legatos miſerant, amicitiam fecerant, obſides dederant, magnoperè orabant, vt ſibi auxiliũ ferret, quòd graviter ab Suevis premerentur.* Pons igitur ab Cæſare inſtituitur; quo confecto ſic mox infrà: *Diebus decem, quibus materia cœpta erat comportari, omni opere effecto, exercitus traducitur. Cæſar, ad vtramq; partem pontis firmo præſidio relicto, in fineis Sicambrorum contendit. Interim à compluribus civitatib. ad eum legati veniunt, quibus pacem atque*

amicitiam petentibus liberaliter reſpondit, obſidesq́; ad ſe adduci jubet. Sicambri ex eo tempore, quo pons inſtitui cœptus eſt, fugâ comparatâ, hortantibus iis, quos ex Tenchtheris atque Vſipetibus apud ſe habebant, finibus ſuis exceſſerant, ſuaq́; omnia exportaverant, ſeq́; in ſolitudinem, ac ſilvas abdiderant. Cæſar paucos dies in eorum finibus moratus, omnibus vicis, ædificiisq́; incenſis, frumentisq́; ſucciſis, ſe in fineis Vbiorum recepit: atque his auxilium ſuum pollicitus, ſi à Suevis premerentur, hæc ab iis cognovit. Suevos poſtquàm per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuo concilio habito, nuntios in omneis parteis dimiſiſſe, vti de opidis demigrarent: liberos, vxores, ſuaq́; omnia in ſilvas deponerent: atq́; omnes, qui arma ferre poſſent, vnum in locum convenirent. hunc eſſe delectum medium ferè regionum earum, quas Suevi obtinerent: hic Romanorum adventum exſpectare, atque ibi decertare inſtituiſſe. Quod vbi Cæſar comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum causâ exercitum traducere conſtituerat, vt Germanis metum injiceret, vt Sicambros vlciſceretur, vt Vbios obſidione liberaret, diebus omninò octodecim trans Rhenum conſumtis, ſatis ad laudem & ad vtilitatem perfectum arbitratus, ſe in Galliam recepit, pontemq́; reſcidit. Complureis ait civitates ad ſe legatos miſiſſe pacem atque amicitiam petenteis. Quænam igitur iſtæ civitates? Non erat Vbiorum civitas. quidpe hi jam antè, vti ex ipſius liquet verbis Cæſaris, *vni ex Transrhenanis legatos miſerāt, amicitiam fecerant, obſides dederant.* Nec Suevorum civitas (quos Cattos eſſe alijs ſcriptoribus, alibi firmis docebimus argumentis) nam hi in mediis finibus ſuis Cæſarem expectabant, prœlio intenti. Nec Bructerorum; qui Sicambris proximi. horum quidpe libertas ſemper adverſa Romanis. & primus eos devicit Druſus Germanicus, in Amiſiâ flumine; vt auctor' eſt Strabo lib. 7. Neque Friſiorum. hos enim primus, non amicos, ſed hoſteis perdomuit idem Druſus; vt auctor eſt Dio libr. 54. Multò etiam minùs vlteriores civitates Cauchorum & Cheruſcorum. hi quidpè remotiores, quàm quibus metus ex

Cæſa-

Cæſaris adventu incuteretur. Propè Sicambrorum fuiſſe fineis, inde colligitur, quòd audito, Cæſarem Rhenum transjeciſſe, ſtatim legatos miſerunt, metuentes, ne ſe quoq; per Sicambrorum fineis armis peteret. Sicambros inter Coloniam Agrip. & divortium Rheni, quod eſt ad Schenckij munimentum, ripam vlteriorem tenuiſſe, Vbios autem ſuprà hos ad Mœni vſque amnis confluentem, ſuo loco demonſtrabitur. Ergò civitates, quæ legatos miſerunt, infrà fuiſſe Sicambros neceſſe eſt. Heic autem nulli, niſi qui in inſulâ Rheni, Batavi, atq; Caninefates, & vltrà Rhenum Marſatij; quos Geldriæ partem coluiſſe, quæ vulgari vocabulo dicitur **de Veluwe**/ infrà oſtendetur. Horum igitur civitates legatos ad Cæſarem miſiſſe, pacem atque amicitiam petenteis, maximè credibile eſt. vtiq́ue quum nulla aliàs de Batavorum, celeberrimæ alioquin gentis, ſubactione mentio. Tùm verò, quum conſtet Batavos in Cæſaris exercitu fuiſſe contrà Pompejum; haud dubitandum, Cæſarem, ſive armis ſubegiſſet, ſive per amicitiam recepiſſet, aliquam eâ de re voluiſſe commentariis ſuis inſerere memoriam. Memoriæ autem heic nulla, præter eam, quam modo citavimus. At de iisdem civitatibus loqui videtur com. 7. de bel. Gal. *Cæſar, inquit, ex caſtris equitatum educi iubet: prœliumq́; equeſtre committit: laborantibus ſuis, Germanos equites circiter* CCCC. *ſubmittit, quos ab initio ſecum habere inſtituerat.* quidpe nulli alij amici Romanorum inter Germanos, vnde auxilia petere Cæſar potuiſſet. Ni fortè Vbios intelligere malis: quorum tamen quamvis amplæ (vt auctor eſt Cæſar com. 4.) civitatis virtus adeò fracta, vti propriis viribus ſe contra Suevos, id eſt, Cattos defendere haud quiverint, auxiliumq́; à Cæſare petierint. Quapropter vix probabile eſt, ex horum civitate Cæſarem equites dilegiſſe. Aſt quicunq; hi fuerint Germani, certè de iisdem civitatibus, quæ legatos miſerant in Sicambrorum fineis, loquitur Cæſar eod. comment. infrà. *Cæſar, inquit, quòd hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat, & interclusis*

omnibus itineribus, nullâ re ex provinciâ atq; Italiâ ſublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas ſuperioribus annis paccaverat: equitesq; ab his accerſit, & leves armaturæ pedites, qui inter eos prœliari conſueverant. eorum adventu, quòd minus idoneis equis vtebantur, à tribunis militum, reliquisq; equitibus Romanis, atque evocatis equos ſumit, Germanisq; diſtribuit. Hæc certè civitates nullæ aliæ eſſe poterant, quàm Batavorum, Caninefatum & Marſatiorum. De iſtis autem Germanorum equitibus, quum ipſe Cæſar in com. ſuis De bello civili, item A. Hirtius in 8. comm. De bello Gallico, & reliquis comment. De Alexandrino & Africo bellis mentionem faciant, quis dubitet, eosdem eſſe, quos Batavos Lucanus in exercitu Cæſaris memorat; & quos equitandi arte pollenteis in corporis cuſtodeis ex Cæſaris militibus dilegiſſe Auguſtum ſcribit Dio? Quin hinc etiam Germanorum nomen ex longinquo vſu poſt Cæſaris quoque tempora perpetuò ijs manſit. Quidpe vni ex omni provinciâ Belgicâ frequentiùs Germanorũ, apud rerum ſcriptores, quàm Gallorum nomine indigetãtur: licet alij etiam forent complures Germani in eâdẽ provinciâ Sed objiciet fortè quiſpiam; Civitates, ex quibus equites Cæſar accerſivit, trans Rhenum ab ipſo cenſentur. Batavorum autem inſulam cis Rhenum Belgicæ provinciæ ſuprà adſeruiſti. hæc igitur quomodo inter ſe conveniunt? Certè Batavorum inſulam Belgicę provinciæ partem fuiſſe, contra tot firmiſſima argumenta, quibus id probavimus, negare nemo poterit. nec Batavos Germanos equitandi arte pollenteis, quos Auguſtus ex Cęſaris militibus in corporis cuſtodiam dilegit, eſſe eosdem quos Cæſar ex civitatibus Transrhenanis accerſivit, quisquam dubitaverit. Proinde ea, quæ pugnare inter ſe videntur, aliquâ probabili ratione concilianda. Cæſarem ipſum in Batavorum inſulam non penetraſſe, facilè perſpiciet, quisquis commentarios ejus De bel. Gal. diligentiore curâ perlegerit. Quapropter quum ipſe has oras non perluſtraverit, facilè imperitè de

de iis judicare potuit. Imperitum atq; ignarum harum regionum fuiſſe, vel ex ipſorum Rheni, Moſæq; amnium deſcriptione patet. quam hoc loco illuſtrandæ opinionis noſtræ cauſâ repetiiſſe haud pœniteat. Commētario igitur 4. De bel. Gal. *Moſa*, inquit, *profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum: & parte quâdam Rheni receptâ, quæ appellatur Vahales, inſulam efficit Batavorum: neque longiùs ab eo millibus paſſuum* LXXX *in Oceanum influit. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpeis incolunt, & longo ſpatio per fineis Nemetum, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum, citatus fertur: & vbi Oceano appropinquat, in plureis diffluit parteis, multis ingentibusq́; inſulis effectis (quarum pars magna à feris barbarisq́; nationibus incolitur: ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur) multisq́; capitibus in Oceanum influit.* Quòd ſi Moſa ſuo ſibi ore, quod vult Cæſar, in Oceanum influit, certè Rhenus neque plureis inſulas ejus tempore, quàm vnam, efficere, neque pluribus quàm vno capite, ſeu ore in Oceanum effluere potuit. Plurimus igitur Cæſari circa has oras error, maximaque terræ confuſio. Sed vox *exiſtimantur* apertè teſtatur, fando eum accepiſſe hujus regionis ſitum. Itaque, vbi Batavorum, Caninefatumque civitates Transrhenanas appellat, citimo Rheni alveo, qui eſt Vahales, Galliam terminaſſe videtur. Quin etiam cauſa, cur Batavos extra Galliam cenſeret, hæc Cæſari eſſe poterat: Scilicet quod meri Germani Germanicis degentes moribus, nihil commune cum reliquâ Galliâ haberent: neque conſilia de faciendo Romanis bello cum illâ ſociarent. Nam ſociaſſe conſilia, aut bellum intuliſſe Batavos Germanis, nuſquam in commetarijs ejus, ſeu apud quenquam alium auctorem reperias. Hoc autem maximè pro Iunij ſententiâ, ſi animadvertiſſet, facere poterat; qui Batavorum inſulam Transrhenanam, id eſt, Germaniæ partem adfirmavit. Verùm poſt Cæſarem clariùs ſub Auguſto noſci cœpit Germaniæ Galliæque terminus, verum Rheni nomen, quod

Lugdunum fertur; M. Agrippâ Vbios Rhenum traducente; & mox Druſo Germanico Sicambros, ac Friſios debellante. Itaq; meritò Tacitus, Plinius, Ptolemęus, & ſi qui alij, Batavorum agrum Belgicę provinciæ portionem pronuntiarunt. Hadr. Iunius cap. 5. Hiſt. Batav. omnis hiſtoriæ De bel. Gal. Cęſaris ignarus, vel ſaltem immemor, de Batavis apud Romanos militantib. loquens: *Eas verò*, inquit, *cohorteis, in tertio* (*primo*, debuit ſcribere) *Gallici belli commentario legionem diſertè nominat* (Cæſar) *cui propter virtutem maximè fidebat, ita vti apud milites, qui Germanorum, Arioviſti militiam ſequentium, terrore perculſi, de ſe penè deſperaverant, gloriaretur, ſe cum ſolâ legione decimâ* (*quæ & Veterana, & Germanica cognominabatur*) *iturum in adverſos hoſtes*. Quî, malùm, Batava legio in exercitu Romanorum, antequàm Belgicam Galliam Romani vnquam ingreſſi, nedum Germaniam? Nam primus Romanorum Galliam comatam perdomuit I. Cæſar. Initium autem hujus belli Gallici ſumſit ab Helvetijs. inde vltra adverſus Arioviſtum exercitum duxit. hinc ad Belgarum bellum tranſgreſſus; quorum ultimi Batavi. quos tamen ipſe in Germaniâ locat. At quando Batavi Romanis militare cœperint, ſatis abundéq; demonſtratum eſt. Sed hæc de Batavorum origine, item quo pacto, & quo tempore in Romanorum notitiam pervenerint, dicta ſufficiant. Id proximè quæri poterat; in imperium an conceſſerint, ſimul ac in notitiam pervenerint, nécne? Adfirmanti ego quidem propior; perſuadente ſic verbo Cæſaris, *pacaverat. Trans Rhenum*, inquit, *in Germaniam mittit ad eas civitates, quas ſuperioribus amnis pacaverat*. Pacabantur videlicet Romanis nationes, quæ in eorum imperium concedebant. Magno præterea indicio ſunt obſides, quos Cæſari, quum pacaret, Batavi Caninefatesque dederunt. Romanorum imperio & provincijs omninò qui eos eximere conantur, ipſi viderint, quibus argumentis ſententiam ſuam ſatis defenderint. Taciti ſanè verba pręclara ac dilucida ſunt lib. De Germaniâ. *Omnium*

harum

harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſticâ in eas ſedes transgreſſus, in quibus pars Rom. Imperij fierent. Item Zoſimus Hiſt. lib. 3. De Batavorum inſulâ loquens: αὕτη ἡ νῆσος, inquit, οὖσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο. id eſt: *Hæc inſula prius Romanis invniverſum parens, tunc à Saliis poſſidebatur.* Sed hac de re alibi commodior erit locus diſputandi.

De equitandi, nandique Batavorum ſtudio; item de bellica virtute ſub J. Cæſare.

CAPVT XVIII.

NVnc de Republicâ quoq; Batavorum & domeſtico gentis regimine, quædam dicenda forent, ni doctiſſimus vir Hugo Grotius proximè de antiquitate Reip. Batavicæ privatim librum compoſuiſſet; ni nos etiam alibi, ubi in univerſum de omnium Germanorum regimine diſſeretur, complura ſuper Batavis citaturi eſſemus. De bellicâ igitur virtute proximus ſit ſermo. quem licet alij etiam complures, largê atque copioſè perſequuti ſint; tamen quia illi nonnulla omiſiſſe videantur; quædam etiam majoribus, quam par erat, laudibus, nimio in patriam amore atque indulgentiâ extulerint; repetere omnia, quæ huc ſpectare videantur, curæ pretium fuerit. Primùm autem omnium invidiam à nobiliſsimæ gentis clariſsimâ poſteritate deprecari cupio, ſi paullo liberiùs pro veritate decertavero. ſcilicet ne in detractationem illi vortant, quod ego veritati adſero. Nulla quidqe mihi cauſa odij in gentem: contra multæ, atque ingentes amoris, ac reverentiæ. Sed apud ſimpliceis, ſincerosque animos, ac veritatis patienteis, pluribus excuſaſſe injurium fuerit. Plerique Batavicarum rerum commentatores, *Batavos omnium Germanorum præſtantiſſimos, nobi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

liſſimosq́; adſeverant ex his Taciti verbis lib. De mor Germ. *Omnium harũ gentium virtute præcipui Batavi.* item Plinii lib. 4. *Nobiliſſima Batavorum inſula.* Quod ad Taciti verba attinet, certè ea illi aut non percipiunt, aut diſſimulant. quidpe non omnium Germanorum præcipuos virtute Batavos eſſe vult auctor; ſed Cisrhenanorũ ſolummodò. *Nunc ſingularum gentium*, inquit paullo ante, *inſtituta, ritusq́; quatenus differant; quæ nationes è Germaniâ in Gallias commigraverint, expediam.* Enumeratque *Treveros, Nervios, Vangiones, Trebocos, Nemetos, Vbios:* quorum expoſitioni mox ſubjicit iſta: *Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi.* Omnium Cisrhenanarum nationum Germanici nominis præcipuos virtute fuiſſe Batavos vel tum maximè apparuit, quum Civilis Batavus rebellans omnẽ Belgicam in ſocietatem armorum traheret. Quo bello uni Batavi, conſuanguineique eorum, & inquilini Caninefates priſtinæ virtutis memores fuêre. Cauſa, cur reliquos Cisrhenanos virtute præſtarent, hæc fuit: Scilicet iſti Gallicis imbuti moribus atque corrupti, in omnem corporis pariter atq; animi mollitiem prolabebantur. Batavi verò Caninefatesque veterũ morũ, quo ex Germaniâ attulerant, tenaciſſimi, *à parvulis duritiei, ac labori ſtudebãt. Pellib. aut parvis ſagulis amicti, magnâ corporis parte nudâ. majorq́; pars victus eorũ in lacte, & caſeo, & carne, potus ex hordeo aut frumento*, vt Cęſar & Tacitus De Germ. morib. referunt. Hac videl. veteri vivendi ratione, vetus armorũ ſtudium retinẽtes, facilè reliquos Germanos Cisrhenanos bellicâ laude ſuperabant. At Trãshenanos Batavis impares virtute fuiſſe ne temerè adfirmes. Cattos reſpice, Cheruſcos, Friſios, Bructeros, Cauchos, Langobardos, Marcomãnos, Quados, & alios. quorũ resgeſtæ longè Batavorum gloriam excedere puto. Friſii & Cauchi, quoties potentiâ Romanorum ſpretâ rebellarunt? Catti & Cheruſci magnis exercitibus ſubacti, quandiu imperio Romano audientes fuerint, Quinctilius Varus interitu ſuo teſtatus eſt. Inde verò quid, niſi continuum bellum? do-

Batavi cur reliquos Germanos Cisrhenanos virtute præſtiterunt.

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

nec mox omne nomẽ Romanum ex univerſâ Germaniâ ejiceretur. De his igitur, non de Batavis, rectè illud Tacitus lib. de Germ. *Regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas.* Contra verò Batavi, Caninefateſque, nunquàm Romanorũ experti arma, niſi quum Civile duce rebellarent. Ab initio veteris gloriæ, libertatiſque Germanicæ, quam à majoribus acceperant, immemores, non per vim, aut pugnæ experimentum; ſed per metum (licet in munitiſſimâ Rheni inſulâ ſatis tuti forent) Cæſaris poteſtati ultrò conceſſerunt, teſte ipſo Cæſare: cujus verba, jam ante citata, hoc loco, repetere conſilium eſt, quò veritas lucidior appareat. Commentario igitur 4. de bel. Gal. quum trans Rhenum eo cum exercitu conſiſtente, Suevi, ſive Catti in ulteriora conceſſiſſent; *Quod ubi Cæſar,* inquit, *comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum causâ exercitum traducere conſtituerat, ut Germanis metum injiceret, ut Sicambros ulciſceretur, ut Vbios obſidione liberaret, diebus omninò octodecim trans Rhenum conſumtis, ſatis ad laudem, & ad utilitatem perfectum arbitratus, ſe in Galliam recepit, pontemq́; reſcidit.* En Suevos ab obſidione Vbiorum adventu ſuo abegit: Sicambros ultus eſt; *omnibus vicis*, ut ante retulit, *ædificiisq́; frumentisq́; ſuccisis.* Quinam igitur illi alii, quibus metum injecit? Scilicet qui legatos miſerunt, pacem amicitiamque petentes, obſideſque dederũt, Batavi & Caninefates. Hinc quid aliud, niſi perpetui Romanorum miniſtri; *viros*, ut inquit Tacitus Hiſtor. 4. *armaq́; imperio miniſtrantes*: quibus illi ſibi imperium per Germaniam Britanniamque quæſiverunt. Vno verbo ſi quæris audire: Arma, manuſque contra ipſos parenteis ſuos, conſanguineoſque Cattos, atque ceteros Germanos, Romanis, communibus Germanici nominis hoſtibus, impiè miniſtrarunt. Clari autem facti, atque celebrati, quibus? Nẽpè Romanis; qui jure ac meritò fidum miniſterium ſummis laudibus extulerunt. Et ſi verè æſtimare velis; quid mirum, ſi Romani ſui magis exercitus facta conſcripſerunt, laudibuſq́;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

exornarunt, quam acerrimorum hoſtium, Germanorum Transrhenanorum? Quorum tamen virtus haud ita parcè ab ipſis Romanis concelebrata, quin ſumma, incomparabiliſque appareat diligenter rimantibus. *Nec opibus Romanis*, inquit Tacitus Hiſtor. 4. *ſocietate validiorum attriti, viros tantùm, armáq; imperio miniſtrant.* Item lib. de Germ. *Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit: exemti oneribus, & collationibus, & tantùm in uſum prœliorum ſepoſiti, velut tela, atque arma bellis reſervantur.* Vnde hic honos? Nonnè, quia non armis, & per vim ſubacti, ſed ſponte in imperium, Cæſaris metuentes arma, conceſſerunt? Omninò ſic opinòr. Vnde major pudor, in quantum Germani ab acri illâ Germanorum libertate degenerarunt. Sed hæc pro genuino verborum Taciti ſenſu diſſeruiſſe ſufficiat. Ad Plinium nunc tranſeamus. Vox ejus *nobiliſſima* inſulæ tributa eſt, non genti. Sic idem auctor. lib. 4. cap. 13. inter XXIII. litoris Germanici inſulas, Romanorum armis cognitas, nobiliſſimas ait eſſe Burchanam, Gleſſariam, & Actaniam. Quare? an quia harum quoque incolæ omnium nobiliſſimi? Haud temerè adfirmaveris. *Nobiliſſimas* dixit, quaſi *notiſſimas* inter ceteras. Sic nobiliſſima Batavorum inſula, id eſt notiſſima, quia πάσης, ut ait Zoſimus lib. 3. ποταμίας μείζων νήσȣ. id eſt, *quávis inſulâ amnicâ major. &* (ſi hoc fortè cupis) quia ejus incolæ Romanis hominibus miniſterio ſuo maximè noti. Sed poſtquàm vanas falſasq́ue laudeis ſatis averti, ad veram gentis gloriam ſtylum convertere fert animus. quæ haud ita nuda atque deformis, uti vanis lenociniis egeat. *Manet honos*, inquit Tacitus, *& antiquæ ſocietatis inſigne.* Ergo non nuper in ſocietatem, ſed antiquitùs, quum Iul. Cęſar, ut ſupra demonſtratum, Galliam perdomaret. Idem auctor Hiſtor. 4. de iiſdem populis, *Diu Germanicis*, inquit, *bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmiſſis illuc cohortibus, quas veteri inſtituto, nobiliſſimi popularium regebant.* De civilibus bel-

bus bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

bus bell. item de Alexandrino, atq; Africano heic auctor reticet; quum tamẽ Lucanus, atque Dio iſtis interfuiſſe eos diſertè teſtentur. Quæ igitur cauſa, cur Tacitus ſuppreſſit? An illic ingloria eorum militia? Minimè: quævis alia citiùs cauſa eſſe poterat. nam glorioſiſſimam dictis bellis egiſſe militiam, multaque præclara facta patraſſe, ex Cæſaris, Hirtiique commentariis deducam. Quin in Britanniam quoque eos traduxiſſe Cęſarem credibile eſt. jam tum enim ex Germaniâ redierat. In Galliâ certè, antequàm contra Pompejum ducerentur, egregiam eorum virtutem expertus eſt contra Gallos. Sed antequàm auctorum teſtimonia ſingulatim in medium adducam, inſigne Batavorum, quo maximè apud rerum auctores, ſub communi Germanorum nomine noſcitantur, proponendum puto. Id verò eſt, ars equitandi, trajiciendique flumen quodvis, equo armiſque retentis. Plutarchus in Othone: Τοῖς δὲ μονομάχοις, inquit, ἐμπειρίαν τε καὶ θάρσος ἔχειν πρὸς τὰς συμπλοκὰς δοκοῦσιν ἐπήγαγεν Οὐᾶρος Ἀλφῆνος τοὺς καλουμένους Βατάβους. εἰσὶ δὲ Γερμανῶν ἱππεῖς ἄριστοι. id eſt, *In gladiatores autem, qui peritiâ & animo ad aggrediendum habebantur inſignes, invexit Varus Alphenus Batavos. Hi equitum Germanorum ſunt præſtantiſſimi.* Dio Caſſius lib. 55. Ξένοι τε ἱππεῖς, inquit, ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βαταύων ἀπὸ τῆς Βαταύας, τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου, ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσί, κεῖται. id eſt, *Alienigenæ quoque equites extraordinarii, qui Batavorum, à Batavâ, quæ eſt in Rheno, inſulâ, quia equitandi arte pollent, nomen habent.* Tacitus Hiſtor. 4. *Erat & domi eques præcipuo nandi ſtudio: arma equosq; retinens, integris turmis Rhenum perrumpere.* Exempla hujus rei frequentia occurrent, in ipſis teſtimonijs, quæ ex auctoribus adducere adgredimur. Itaque Cæſar de bell. Gal. com. 7. quum univerſa Gallia rebellaret, Cæſarque Biturigum opidum Noviodunum oppugnaret, militibus ejus in ſummo verſantibus periculo, Batavi equites opem ſubitò, ſalutemq; tulêre. *Cæſar,* inquit, *ex caſtris equi-*

Batavi cum Cæſare in Britanniâ.

Batavi arte equitandi, nandique Germanorũ præſtantiſſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

tatum educi jubet; prœliumqúe equeſtre committit. laborantibus jam ſuis, Germanos equites circiter CCCC. *ſubmittit; quos ab initio ſecum habere inſtituerat. Eorum impetum Galli ſuſtinere non potuerunt; atque in fugam conjecti, multis amiſſis, ſeſe ad agmen receperunt.* Eodem comment. infrà, de eádem rebellione; *Cæſar*, inquit, *quod hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat, & interclusis omnibus itineribus, nullâ re ex provinciâ atque Italiâ ſublevari poterat; trans Rhenum in Germaniam mittit, ad eas civitates, quas ſuperioribus annis pacaverat, equitesq́; ab his accerſivit, & levis armaturæ pedites, qui inter eos prœliari conſueverant. Eorum adventu, quod minimè idoneis equis utebantur, à tribunis militum, reliquisq́; equitibus Romanis, atque evocatis equos ſumit, Germanisq́; diſtribuit.* Et paullò pòſt, vbi ab Vercingetorige Arverno in Sequanis petitur: *Quâ re*, inquit, *nuntiatâ, Cæſar ſuum quoque equitatum, tripartitò diviſum, ire contra hoſtem iubet. Pugnatur unà tum omnibus in partib. conſiſtit agmen: impedimenta inter legiones recipiuntur: ſi quâ in parte noſtri laborare, aut graviùs premi videbantur; eò ſigna inferri Cæſar, aciemq́; converti iubebat. Quæ res & hoſteis ad inſequendum tardabat, & noſtros ſpe auxilij confirmabat. Tandem Germani ab dextero latere ſummum iugum nacti, hoſteis loco depellunt; fugienteis uſque ad flumen, vbi Vercingetorix cum pedeſtrib. copijs conſederat, perſequuntur, complureisq́; interficiunt. Quâ re animadverſâ, reliqui ne circumvenirentur veriti, ſe fugæ mandant. omnibus locis fit cædes.* De eádem victoriâ clariùs Dio lib. 40. καί τι καὶ ὑπὸ τῶν Κελτῶν, inquit, τῶν τοῖς Ῥωμαίοις συμμαχούντων ἐσφάλη, τῇ τε γὰρ ὁρμαῖς ἀπλήστοις σώμασι τὴν τόλμαν προσεπισχυρίσαντες, διέρρηξαν τὴν περίσχησιν. id eſt: *Quin & Germani quos ad auxilium Cæſar evocaverat, haud parum ad eam victoriam Romanis contulerunt. quidpe audentiam ſuam ingenti corporum mole ac robore confirmantes, circumiectorum hoſtium ordinem perruperunt.*

Cæſar eodem commentario paullò pòſt, quum Vercingetorigem in opido Mandubiorum Alexiâ oppugnaret; *Opere,*

in-

inquit, *inſtituto fit equeſtre prælium, in eâ planitie, quam intermiſſam collibus trium millium paſſ. in longitudinem patere ſuprà demonſtravimus. Summa vi ab vtrisq; contenditur, laborantibus noſtris, Cæſar Germanos ſubmittit, legionesqúe pro caſtris inſtituit, ne qua ſubitò irruptio ab hoſtium peditatu fiat. Præſidio legionum addito, noſtris animus augetur. hoſtes in fugam coniecti, ſe ipſi multitudine impediunt, atque anguſtioribus portis relictis coarctantur. Germani acriùs vſque ad munitiones ſequuntur. fit magna cædes.* Et mox: *Multis interfectis, compluribus equis captis, Germani ſeſe recipiunt.* De hac oppugnatione Vellejus Paterculus, non citra ſummam in Cæſarem, populumque Romanum adulationem: *Circa Alexiam,* inquit, *tantæ res geſtæ, quantas audere vix hominis; perficere, penè nullius, niſi dei fuerit.* Cæſar iterum infrà ad eandem Alexiam; *Quum ſuos pugnâ ſuperiores eſſe Galli conſiderent, & noſtros premi multitudine viderent, ex omnibus partib. & ij qui munitionib. continebãtur, & ij qui ad auxiliũ convenerant, clamore & ululatu ſuorum animos confirmabãt, quòd in conſpectu omninm res gerebatur: neq; rectè aut turpiter factũ celari poterat. utrosq; & laudis cupiditas, & timor ignominiæ ad virtutẽ excitabat. Quum à meridie propè ad ſolis occaſum dubiâ victoriâ pugnaretur, Germani unâ in parte confertis turmis, in hoſtes impetum fecerunt, eosq; propulerunt. quibus in fugam conjectis, ſagittarij circumventi, interfectiq; ſunt. Item ex reliquis partibus noſtri cedenteis usque ad caſtra inſequuti, ſui colligendi facultatem non dederunt.* De hac quoque victoriâ ſic Dio Caſſius libro 53. Ἡ δὲ ἐπικουρία, inquit, τῶν τε ἱππέων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπ' αὐτῶν ἀχθέντων, ἐπῆλθε μὲν οὐκ ἐς μακρὰν τοῖς βαρβάροις, ἱππομαχίᾳ ᾗ δὴ τῶν Ῥωμαίων τῇ βοηθείᾳ. id eſt: *Auxilia autem equitum, aliorumqúe quum advenirent, haud multum barbaros iuvêre; equeſtri quidpe prælio à Romanis fuſa, auxiliaribus Romanorum tunc quoque victoriam adjuvantibus.* Commentario, quem ad Cæſaris commentarios de bello Gallico, Aulus Hirtius adjecit octavum;

quum contra Belgas bellum gereret Cæſar; *Non intermittuntur interim*, inquit auctor, *quotidiana prælia in conſpectu vtrorumq́ caſtrorum; quæ ad vada, tranſitusq́ fiebant paludis. Quâ contentione Germani (quos propterea Cæſar traduxerat Rhenum, vt equitibus interpoſiti prœliarentur) quum conſtantiùs vniverſi paludem tranſiſſent, paucisq́ reſiſtentibus interfectis, pertinaciùs reliquam multitudinem eſſent inſequuti; perterriti non ſolum ij, qui aut cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur; ſed etiam qui longiùs ſubſidiari conſueverant, turpiter fugerunt: nec priùs finem fugæ fecerunt, ſæpe amiſsis ſuperioribus locis, quàm ſe aut in caſtra ſuorum reciperent, aut nonnulli pudore coacti, longiùs profugerent. Quorum periculo ſic omnes copiæ ſunt perturbatæ, vt vix judicare poſſet, vtrum ſecundis, minimisq́ rebus inſolentiores, an adverſis mediocribusq́ timidiores eſſent.* Eodem comment. infrà, quum ad Vxellodunum Cadurcorum opidum C. Caninius legatus res gereret; *Sed quum in experiundo*, inquit auctor, *periculum nullum videret, equitatum omnem, Germanosq́ pedites ſummæ velocitatis homines ad caſtra hoſtiū præmittit. Ipſe legionē unam intra caſtra diſtribuit; alteram ſecum expeditam ducit. Quū propiùs hoſtem acceſsiſſet, ab exploratoribus, quos præmiſerat, cognoſcit, caſtra corum, (vt barbarorum fert conſuetudo) relictis locis ſuperioribus ad ripam fluminis eſſe demiſſa. At Germanos, equitesq́ imprudentibus omnibus de improviſo advolaſſe, & prælium commiſiſſe. Quâ re cognitâ legionem armatam, inſtructamq́ adducit, ita repentè omnibus ex partibus ſigno dato, loca ſuperiora capiuntur. Quod vbi accidit, Germani, equitesq́ ſignis legionis viſis, vehementiſsimè prœliantur: confeſtimqúe omnes cohortes ìmpetum faciunt; omnibusqúe aut interfectis, aut captis, magnâ prædâ potiuntur.* Hactenus vbique in ſubſidijs Germani Batavi; nulláque ferè victorià gaviſus eſt Cæſar, niſi horum virtute obtentâ. Civile poſthinc inter Cæſarem, Pompejumqúe cœpit bellum. ad quod Batavos quoque duxiſſe Cæſarem teſtatur, vt ante relatum, Lucanus de bello Civili libr. 1. In Hi-

ſpaniá

ſpaniâ contra Pompeij legatos, Afranium, atque Petrejum, ijs ſe vſum ipſe auctor eſt de bel. Civil. com. 1. *Poſtero*, inquit, *die munitiones inſtitutas Cæſar parat perficere. illi vadum fluminis Sicoris tentare, ſi tranſire poßent. Quâ re animadverſá, Cæſar Germanos levis armaturæ, equitumq́ partem flumen trajicit, crebrasq́ in ripis cuſtodias diſponit.* Item in Epiro, quum Pompeium obſideret ad Dyrrachium, vt refert de bello Civ. com. 3. *Eodem*, inquit, *tempore duobus præterea locis pugnatum eſt.* & mox: *Vno loco Volcatius Tullus impetum legionis ſuſtinuit, cum cohortibus tribus, atque eam loco depulit. altero Germani munitiones noſtras egreßi, compluribus interfectis, ſeſe ad ſuos incolumes receperunt.* Item in Theſſaliâ, vt auctor eſt Appianus lib. 2. de bellis Civil. quamvis in ſiniſtram partem eorum meminit. Γόμφους τε, inquit, πόλιν μικρὰν, οὐ δεχομένην αὐτὸν, ἐξεῖλεν ὑπὸ ὀργῆς καὶ ἐπέτρεψε τῷ στρατῷ διαρπάσαι. οἱ δ᾽ ὡς ἐκ λιμοῦ πάντων ἐνεπίπλαντο ἀθρόως, καὶ ἐμεθύσκοντο ἀπρεπῶς· καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ Γερμανοὶ γελοιότατοι κατὰ τὴν μέθην ἦσαν. id eſt: *Gomphos modicum opidum, quod ſibi portas clauſerat, expugnavit præ irâ, militibusque diripiendum conceßit: qui famelici explebant ſe affatim, & vino ingurgitabant; omnium verò maximè Germani ridiculoſißimos ſe per ebrietatem præſtiterunt.* Hæc tamen ebrietas tam Germanis, quàm reliquis militibus ſaluti fuit. Sic enim Plutarchus in Iul. Cæſare: ὡς δ᾽ εἷλε, inquit, Γόμφους Θεσσαλικὴν πόλιν, οὐ μόνον ἔθρεψε τὴν στρατιὰν, ἀλλὰ καὶ τοῦ νοσήματος ἀπήλλαξε παραλόγως. ἀφθόνῳ γὰρ ἐνέτυχον οἴνῳ, καὶ πίοντες ἀνέδην, εἶτα χρώμενοι κώμοις καὶ βακχεύοντες ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἐκ μέθης διεκρούσαντο τὸ πάθος εἰς ἕξιν ἑτέραν τοῖς σώμασι μεταπεσόντες. id eſt: *Vt Gomphos Theſſalicam vrbem cepit, non modò aluit exercitum, verum etiam morbo mirificè explicuit. Quidpe quum magnam illic vim vini inveniſſent, eo largius hauſto commeſſabundi inde & bacchabundi in viâ crapulam propulſarunt, alterarunt́q morbum, in diverſam converſi corporis habitudinem.* Dein in Philippicis campis, vbi vltimum cum Pompeio conflixit; de quo

prœlio idē auctor eod. lib. Καῖσαρ ἐκέλευσεν τρισχιλίους, inquit, εὐτολμοτάτους πεζοὺς ἐνήδρευσεν οἷς, ὅταν αἴσθωνται τοὺς πολεμίους περιθέοντας, ἀναπηδᾶν καὶ τὰ δόρατα ἐαπηδῶντας ἀναχεῖν ὀρθὰ ἐς τὰ πρόσωπα τῶν ἀνδρῶν· οὐ γὰρ οἴσειν ἀπείρους καὶ νέους, ὡραϊζομένους ἔτι, τὸν ἐς τὰ πρόσωπα κίνδυνον. id eſt: *Cæſar tria millia peditum audaciſſimorum collocavit in ſubſidiis, iuſſos, ut quamprimùm ſentirent hoſtem circumvectum accurrere, coorirentur, & infeſtis haſtis maximè facies eorum peterent. non enim ſubituros juvenes imperitos, & formâ ſibi placenteis, ejus deformationis periculum.* Et infrà mox: καὶ περιέχοντες οἱ τοῦ Πομπηΐου, τὸ δέκατον τέλος ἐκυκλοῦντο. Καίσαρος δὲ τὸ σημεῖον τοῖς ἐφεδρεύουσιν ἄραντος, οἱ μὲν ἐξαναστάντες ἐς τοὺς ἵππους ἐχώρουν, ὀρθοῖς ἄνω τοῖς δόρασιν ἐς τὰ πρόσωπα τύπτοντες τοὺς ἐπικαθημένους· οἱ δ' οὐκ ἐνεγκόντες αὐτῶν οὔτε τὴν ἀπόνοιαν οὔτε ἐπὶ στόμα καὶ κατὰ ὀφθαλμοὺς πληγάς, ἔφευγον ἀκόσμως, καὶ τὸ ἐνταῦθα πεζῶν εὐθὺς ἱππέων ἔρημον γινόμενον ἐκυκλοῦντο οἱ τοῦ Καίσαρος ἱππεῖς, αὐτοὶ δείσαντες περικύκλωσιν. id eſt: *Pompeiani numero potiores circumveniebant legionem decimam. Tum verò Cæſar ſignum dat ſubſidiariis. Illi cohorti haſtis infectis equitum facies fodiunt. qui non ferentes deſperatorum audaciam, & ora oculoſq́; ſibi configi, turpiter ſe fugæ mandarunt: moxq́; nudatas eo latere legiones, Cæſariani equites circumvenêre; qui priùs, ne ipſi circumvenirentur, timuerant.* Germanos fuiſſe, indicat Florus lib. 4. cap. 2. *Sed nec minus*, inquit, *admirabilior illius exitus belli. Quippe quum Pompeius adeò equitum copiâ abundaret, ut facilè circumventurus ſibi Cæſarem videretur, circumventus ipſe eſt. Nam quum diu æquo Marte contenderent, iuſſuq́; Pompeij fuſus à cornu erupiſſet equitatus, repentè ſigno dato, Germanorum cohortes tantum in effuſos equites fecêre impetum, ut illi eſſe pedites, hi venire in equis viderentur. Hanc ſtragem fugientis equitatus, levis armaturæ ruina comitta eſt. Tunc terrore latiùs dato, turbantibus invicem copiis, reliqua ſtrages quaſi unâ manu facta eſt.* De eodem prœlio ipſe Cæſar lib. 3. de bel. civil. *Eodem tempore*, inquit, *equites à ſiniſtro Pompeij cornu, ut erat imperatum, univer-*

ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

verſi procurrerunt: omnisq́; multitudo ſagittariorum ſe profudit. quorum impetum noſter equitatus non tulit, ſed paullùm loco motus ceßit: equitesq́; Pompejani hoc acrius inſtare, & ſe turmatim explicare, aciemq́; noſtram à latere apertè circuire cæperunt. Quod vbi Cæſar animadvertit, IV. aciei, quam inſtituerat VI. cohortium numero, ſignum dedit. Illi celeriter procurrerunt, infeſtisq́; ſignis tantâ vi in Pompeij equites impetum fecerunt, vt eorum nemo conſiſteret, omnesq́; converſi, non ſolùm loco excederent, ſed protinus incitati, fugâ monteis altißimos peterent. quibus ſubmotis, omnes ſagittarij, funditoresqúe deſtituti inermes ſine præſidio interfecti ſunt. Eodem impetu cohortes ſiniſtrum cornu, pugnantibus etiamtum, ac reſiſtentibus in acie Pompeianis circumieruut, eosq́; à tergo ſunt adorti. Eodem tempore tertiam aciem Cæſar, quæ quieta fuerat, & ſe ad id tempus loco tenuerat, procurrere jußit. Ita, quum recentes atque integri defeßis ſucceßiſſent, alij autem à tergo adorirentur, ſuſtinere Pompejani nõ potuerunt, atque univerſi terga verterunt. Neque verò Cæſarem fefellit, quin ab ijs cohortibus, quæ contra equitatum in IV. acie collocatæ eſſent, initium victoriæ oriretur, ut ipſe in cohortandis militibus pronuntiaverat. Ab his enim primùm equitatus eſt pulſus: ab ijsdem facta cædes ſagittariorum atque funditorum: ab ijsdem acies Pompejana à ſiniſtrâ parte erat circumventa, atque initium fugæ factum. Egregium ſanè atque præclarum Cæſaris elogium; modò nomen fortiſſimarum cohortium non celaſſet.

Quod igitur Cæſar amoto æmulo Pompejo ad rerum ſummam tandem pervenit, hoc uni Germanorum virtuti acceptũ ferre debuit. Verùm monenda heic eſt clara Batavorum poſteritas, ne omnem hanc bellicę virtutis, partęque victoriæ laudem ſibi uni præcupidè arripiat. Quidpe ſex erant integræ cohortes, quos omneis ex unis Batavis conſcriptas ſub initum amicitiæ, ſocietatisque, haud ſimile veri eſt. Tum pedites fuiſſe diſertè teſtatur Florus. Batavorum autem virtus maxima in eqitatu. Equites fuiſſe Batavos, quos in exercitu Cæſar duxit,

Cæſari victo ria in Philippicis cāpis & rerũ ſumma Batavo r um virtute parta ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

omnium Germanorum equitum præſtantiſſimos, auctor eſt Dio lib. 55. ut ſupra retulimus. Levi tamē etiam armaturâ pedites Batavos, qui inter equites prœliati ſunt, habuiſſe Cæſarē, ſupra memoravimus. Pręter Batavos autem alios quoque Cisrhenanos in exercitu ejus fuiſſe, Treviros, Vāgionas, Nervios, auctor eſt Lucanus lib. 1. quos omneis Cæſar Germanorum nomine in commentariis de bello Gall. appellat. Hos igitur omneis in IV. acie unà cum Batavis ſtetiſſe certum eſt. Sed ad propriam Batavorum virtutem redeamus: Pompejo profligato, in Ægyptum quoque contra Ptolemæum regem duxit eoſdem Cæſar, ut auctor eſt Aul. Hirtius in libro, quem de bello Alexandrino compoſuit. *Inter caſtra*, inquit, *& Cæſaris iter flumen intercedebat anguſtum altiſſimis ripis, quod in Nilum influebat. Aberat autem ab regis caſtris M. paſſ. circiter* VII. *Rex quum hoc itinere venire Cæſarem comperiſſet, equitatum omnem, expeditosq́ delectos pedites ad id flumen miſit, qui tranſitu Cæſarem prohiberent, & eminus ex ripis prœlium impar inirent. Nullum enim proceſſum virtus habebat, aut periculum ignavia ſubibat. quæ res incendit dolore milites, equitesq́ noſtros, quod tam diu prælio cum Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites Germani diſperſi, vada fluminis quærentes, partim dimiſſioribus ripis flumen tranatarunt, & legionarii magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque ripam contingerent, projectis, repentinoq́ aggere injecto, flumē tranſierunt. quorum impetum adeò pertimuerunt hoſtes, ut in fugâ ſpem ſalutis collocarent.* Batavos hos fuiſſe, ars perrumpendi flumen equis indicat. In Hiſpanienſi quoque bello contra Cn. Pompejum Cn. F. Cęſari præſtò fuiſſe eoſdem, haud dubitandum. At notandum, in Pompeji quoque exercitu Germanos fuiſſe, ut auctor eſt ipſe Cæſar, de bel. Civili com. 3. ubi exercitum Pompeji omnem recenſet. *Quingentos*, inquit, *ex Gabinianis Alexandria Gallos, Germanosq́, quos ibi H. Gabinius præſidii causâ apud Ptolemæum regem reliquerat.* Et de iiſdem infra eod. com. *Hæ cōſtabant*, inquit, *ex Gabinianis militibus, qui jam in conſuetudinem Alexan-*

Batavi in Aegypto contra Ptolemæum regem.

In Hiſpaniâ contra Pompeji filium.

Alexandrinæ vitæ, atque licentiæ venerant, & nomen diſciplinamq́; populi Rom. dedidicerant, uxoresq́; duxerant, ex quibus plerique liberos habebant. Verùm hi non Batavi; ſed aut Nervii, ſi pedites, aut Treviri, ſi equites, ex Galliâ ante bellum civile deducti. Quemadmodum & Labieniani, Galli, Germanique, de quibus Hirtius com. de bel. Africo. *Prætereà ex fugâ*, inquit, *prælioq́; Pompejano, quos ſecum à Brunduſio transportaverat* (Labienus) *equites Germanos, Gallosq́;, ibiq́; posteà ex hybridis libertinis, ſervisq́; conſcripſerat, armaverat, equoq́; frenato uti condocuerat.* Et mox: *Hac ſpe, atque eâ audaciâ inflamatus Labienus, cum equitibus Gallis, Germanisqúe* Iↄ CCC. Iterumque infrà: *Nonnunquám etiam Germani, Galliq́; Labieniani cum Cæſaris equitibus, fide datâ, inter ſe colloquebantur.* In his Cæſaris equitibus fuiſſe Batavos Germanos, quos ipſe Transrhenanos facit, haud dubiũ eſt. Labienianos autem Cisrhenanos, Treviros ex Galliâ deductos, docet haud obſcurè auctor eod. com. infra: *Erat*, inquit, *in eo campo, ubi ea res gerebatur, villa permagna, quatuor turribus exſtructa, quæ Labieni proſpectum impediebat, ne poſſet animadvertere, ab equitatu Cæſaris ſe intercludi. Itaque non priùs vidit turmas Iulianos, quã ſuos cædi à tergo ſentit. Ex quâ re ſubitò in terrorem converſo equitatu Numidarum, rectà in caſtra fugere contendit. Galli Germaniq́;, qui reſtiterant, ex ſuperiore loco, & poſt tergum circumventi, fortiterqúe reſiſtẽtes conciduntur omnes.* Et paullo poſt: *Quum receptui Cæſar cani juſſiſſet, equitatumqúe omnem, intra ſuas munitiones recepiſſet, campo purgato, animadvertit mirifica Gallorum, Germanorumqúe corpora, qui partim ejus auctoritatem erant ex Galliâ ſequuti; partim pretio pollicitationibusqúe adducti, ad eum ſe contulerant; nonnulli qui ex Curionis prælio capti, conſervatiqúe, parem gratiam in fide partiendâ, præſtare voluerant.* Labienum illi ſequuti erant, quum Cæſare deſerto ad Pompeji parteis is deſciſceret. Treviros fuiſſe hos Germanos haud dubium, quia equites: Treviros enim *longè plurimum totius Galliæ equitatu valuiſſe*, auctor eſt Iulius de bel. Gall. com. 5. Curionis autem Germani, ſive Ba-

tavi, ſive & ipſi Treviri, ſi equites, ſeu Nervii, ſi pedites (nam *Nervios ferociſſimos, peditatu, magis quàm equitatu valuiſſe,* auctor eſt idem Cæſar) à Cæſare ei traditi erant in legionibus, quibus Siciliam occupavit: poſteà verò in Africâ cum iiſdem à Iubæ regis exercitu cæſus eſt; paucis conſervatis ab hoſte militibus: de quibus ſic Cæſar com. 2. de bel. civ. *reliquæ copiæ miſſis ad Varum noctu, legatorum numero, centurionibus, ſeſe ei dediderunt, quorum cohortes militum Iuba poſtero die, ante opidũ conſpicatus, ſuam eſſe prædicans prædam, magnam partem eorum incerfici juſſit: paucos electos in regnum remiſit.* Germanos videlicet, ob virtutem nomenque gentis. Sed hactenus de Batavis, ſub Cæſare militantibus.

Batavi cum reliquo exercitu ad Geticum Parthicumq; bellum à Cæſare præmiſſi in Macedoniam.

Cæſar confecto bello civili, compoſitáque republicâ, ad Aſiaticum bellum profecturus, in Macedoniam militeis præmiſit: ut auctor eſt Dio lib. 45. In his Germanos quoque fuiſſe Batavos, mox infra patebit, ubi hiſtoriam ante paullo altiùs ex Dione repetiero. Quin Appianus lib. 2. de bellis civil. diſertè teſtatur, præmiſiſſe Cæſarem ad Geticum Parthicumque bellum legiones XVI. & equitum X. millia. quot equites etiam contra Põpejum duxit. Ergò ſi omnes trãsmiſſi, etiam Batavi. Sed ad Dionis hiſtoriam progrediamur, cujus ſumma hęc eſt: Cęſare interim Romæ in curiâ interfecto, Senatus, ne milites præmiſſi tumultum moverent, M. Antonium iis præfecit. Milites, Cæſaris cæde auditâ, in Italiam regrediuntur, Brunduſiiq; ſubſiſtunt. Eò dum Antonius ab urbe proficiſcitur, mittit Cæſar Octavius cũ pecuniis, qui prævento Antonio militeis ſibi conducant. Milites Antonium primò amicè accipiunt; ſperantes plura ſe ab eo adepturos, quàm quę à Cæſare promittebantur. Poſtquàm quadringenos tantùm ſingulis ille ſeſtertios pollicitus eſt, ortoque ob eam rem tumultu, ante oculos ſuos uxoriſque, centurionum quoſdam cædi juſſit, tunc quidem quieverunt. at in Galliam euntes, quum haud procul ab urbe abeſſent, tumultuari cœperunt. ſpretiſque tribunis militum ſibi præpoſitis,

com-

complures ad Octavium tranſeunt. Legio quoque Martia tota, & quarta eis ſeſe adjungunt. His Cæſar acceptis dum ſicut prioribus argentum diſtribuit, multos etiam ex reliquis ad ſe pertrahit. elephantisque Antonii ſubitò omnibus potitur, quũ in prætervehenteis incidiſſet. Vterque hinc exercitum ſibi colligit. Antonius Brutum Mutinæ obſidet. Cæſar Brutum obſidione uti liberet, cum exercitu Mutinæ approquinquat. Fit prœlium haud procul opido, de quo ſic Dio Caſſius libro 46. Καὶ αὐτῶν ἀντιστρατοπεδευομένων, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἱππομαχίαι τινὲς βραχεῖαι καὶ ἰσοπαλεῖς ἐγίγνοντο· μέχρις οὗ οἱ Κελτοὶ ἱππεῖς οὓς μετὰ τῶν ἐλεφάντων ὁ Καῖσαρ προσεπεποίητο, πρός τε τὸν Ἀντώνιον αὖθις ἀπέκλιναν, κἀκ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελθόντες προσεξώρμησαν μὲν ὡς καὶ καθ' ἑαυτοὺς τοῖς ἀντιπροσελάσουσι προσμίξοντες ὑπέστρεψαν δὲ δι' ὀλίγου, καὶ παρὰ δόξαν μὴ προσδεχομένοις τοῖς ἑπομένοις σφίσι προσπεσόντες, συχνοὺς αὐτῶν ἀπέκτειναν. Id eſt; *Quũ caſtra caſtris eſſent oppoſita, per aliquot dies equeſtria prælia levia & dubio Marte commiſſa ſunt; donec Germani equites, quos cum elephantis Cæſar adeptus fuerat, iterũ ad Antonium defecerunt. egreſſi quidpe caſtris, cum reliquis, progreſſiq́; ante ceteros, tanquàm ſoli cum hoſtibus occurrentibus conflicturi, ſubitò præter ſpem converſi in Cæſarianos, qui nihil ſiniſtri ſuſpicantes ſequebantur, magnam ſtragem ediderunt.* Batavos fuiſſe, vox ἱππεῖς apertè arguit. Horum facinus fidum, an perfidum appellem, haud equidem ſcio. Summæ profectò eſt perfidiæ, ad hoſteis deſciſcere, ſuosque cædere. Verùm tam fœdo crimine abſolvi poſſe videtur gens aliàs fidiſſima. Nempe in Antonii verba Brunduſii juraverant. ad hunc quum tenderent, unà cum elephantis ab Octavio intercepti ſunt, ejusque exercitui adjuncti, inviti atque coacti. quod ex Dione liquet; qui, ubi Cæſarẽ elephantos adeptum narrat, verbo utitur, ἔλαβε, id eſt, *cepit*. & de ipſis militib. cum elephantis, προσεπεποίητο, id eſt, *in poteſtatem redegit*. Itaque Batavi prioris ſacramẽti memores, quamprimùm occaſionem nacti ſunt, iterum ad Antonium ducem ſuum tranſierunt; fidei ſcilicet re-

Batavi ab Octavio Cæſare ad Antonium deficiunt.

ligione impulſi. Ceterùm Antonio ab Cæſare Octavio devicto, omnes qui cum eo militârant, hoſtes judicati ſunt. Conſpiratione autem, ſeu fœdere inter Octavium, Antonium, Lepidumque facto, Octavius victos à ſe, ac à Senatu hoſteis judicatos collegit; effecitque uti milites invicem ſeſe jurejurando obſtringerent, contra nullum ſe exercitum, qui Iul. Cæſaris fuiſſet, pugnaturos. Quod ad Lepidi, Antoniique exercitus pertinebat; qui majori parte ex Iulianis militibus conſtabant.

Batavi Octavio quomodo reconciliati.

Hac igitur ratione Batavi Germani Octavio Cæſari reconciliati videntur. Hinc ſub Octavio ſimul, Antonioque contra Brutum & Caſſium militarunt. Quo bello confecto, Octavius veteranis, (ut auctor eſt Dio lib 48.) agros, quos cum Antonio pollicitus erat, diviſit, ſtatimque dimiſit. Ex in diſſidio inter Octavium & L. Antonium exorto, veterani cõtroverſiæ inter eos arbitros ſeſe ſtatuerunt. Die L. Antonio dictâ, quũ promtũ ſe Octavius ſiſteret, detrectante Lucio, injuriarum hunc damnavêre, causâ illius ſuſceptâ. Hac ratione addicti iterum Batavi Germani Octavio. quos in veteranis fuiſſe mox infra patebit.

Batavi cum Octavio ad Peruſiam.

Ad bellum igitur cum Cæſare Octavio profecti, Lucium Peruſiæ obſeſſum expugnarunt. Hinc bellũ contra M. Antonium tentatum. quod mortuâ Fulviâ Antonii uxore compoſitum; emeritique Octaviani in colonias dimiſſi. Bello Siculo contra Sext. Pompeium non interfuiſſe, ex eo liquet, quòd Cæſariani, in tranſeundis fluminibus, dum ægrè tranſirent, maximè adflicti ſunt. Quòd ſi Batavi fuiſſent, facilè ex arte atque more ſuo tranſnataſſent. Hinc bellum ſecundum inter Octavium atque Antonium exarſit. Ad quod gerendum Octavius quum in Græciam tenderet, πάντας μὲν, ut inquit Dio lib. 50. τοὺς στρατιώτας, ὧν τι ὄφελος ἦν, ἐς τὸ Βρεντέσιον συνήγαγε. Id eſt, *Omneis; militeis, qui alicujus eſſent pretii, Brunduſium conduxit.* In quibus erant veterani, & horum pars virtute præſtantiſſimi Batavi; quos in corporis cuſtodiam hac ipsâ expeditione primùm adſciviſſe Cæſarem Auguſtum, auctor eſt idem Dio

Batavi contra Antonium.

Caſſius

Caſſius lib. 55. Cujus verba jam anteà citata hæc ſunt: οἵ τε σωματοφύλακες, μύριοι, inquit, ὄντες καὶ δεκαχῇ τεταγμένοι καὶ οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοί τε ὄντες καὶ τετραχῇ νεμεμημένοι· ξένοί τε ἱππεῖς ἐπὶ λεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βαταύων ἀπὸ τῆς Βαταύας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσὶ, κεῖται. οὐ μέντοι ἀριθμὸν αὐτῶν ἀκριβῆ ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀνακλήτων, εἰπεῖν δύναμαι. καὶ γὰρ τούτους ἤρξατο μὲν νομίζειν ἀφ' οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν. id eſt: *Corporis autem cuſtodes ſunt decem millia, in decem diviſi parteis, & urbis præſidium ſex millia, quadrivariam hi diviſi, tum equites alienigenæ extraordinarij, qui Batavorum, à Batavâ, quæ in Rheno eſt, inſulâ, quia equitandi arte pollent, nomen habent. Eorum, ſicut & evocatorum ſummam dicere nequeo. Uti illis cœpit.* (Auguſtus) *quum veteranos patris contra Antonium iterum convocarent. ſervavitq; deinceps.*

De Batavis corporum imperatorum cuſtodibus.

CAPUT XIX.

ARmatos corporis cuſtodeis primus Romanorum princeps Iul. Cęſar ſibi inſtituit; qui Hiſpanos circa ſe habuit, ut auctor eſt Suetonius in ejus vitâ, cap. 86. Idem auctor Calagurritanos (Hiſpanica hæc natio) Auguſtum habuiſſe refert in hujus vitâ, cap. 49. Eoſdem puto fuiſſe, quos Cæſar habuerat, paulloque ante interitum ſuum dimiſerat. Antonio devicto, Auguſtus, amotis Calagurritanis, Batavos in eorum locum allegit, innumeris virtutis fideique eorum experimentis permotus. Suetonius in Oct. Auguſto, eadē fermè, quæ Dio, tradens; *Ex militaribus,* inquit, *copiis legiones & auxilia provinciatim diſtribuit: claſſem Miſeni, & alteram Ravennæ, ad tutelam ſuperi, & inferi maris collocavit. Certum numerum partim in urbe, partē in ſui cuſtodiam allegit: dimiſſâ Calagurritanorum manu, quā*

Batavos corporis cūſtodeis primus inſtituit Auguſtus *Cæſar.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

uſque ad devictum Antonium; item Germanorum, quam uſque ad cladem Varianam, inter armigeros circa ſe habuerat. Calagurritanos gente Hiſpanos, primos corporis cuſtodeis habuit. devicto Antonio Germanos Batavos iis ſubrogavit. quos retinuit ad cladem usque Varianam in Germaniâ acceptam. Dio equidẽ Caſſius, ut antè retulimus, tũ Batavos cuſtodeis ſibi inſtituiſſe ait Auguſtum, quum veteranos Iul. Cæſaris iterum contra Antonium convocaret. at potior auctor eſt Suetonius, qui devicto demum Antonio allectos Batavos teſtatur. Quidpe Batavi, ut ſupra memoravimus, prœlio Mutinenſi, cæſis Octavianis militibus, ad Antonium defecerant. Quibus haud temerè corporis poſteà cuſtodiam commiſit Octavius, niſi diutino fidei experimento ſatis cognitis. Ceterùm Dio lib. 56. narratâ clade Varianâ, Ἐπειδή τε συχνοὶ, inquit, ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ Γαλάται, καὶ Κελτοὶ, οἱ μὲν ἄλλως ἐπιδημοῦντες, οἱ δὲ καὶ ἐν τῷ δορυφορικῷ στρατευόμενοι ἦσαν, ἐφοβήθη μή τι νεοχμώσωσι· καὶ τούτους μὲν ἐς νήσους τινὰς ἀπέστειλε, τοῖς δ' ἀόπλοις ἐκχωρῆσαι τῆς πόλεως προσέταξε. id eſt: *Quia autem complures Galli pariter ac Germani Romæ obverſabantur; illi aliis ex negotiis peregrinantes, hi verò inter cuſtodeis corporis; veritus* (Auguſtus) *ne quid novi molirentur, hos in inſulas amandavit, illos inermes ex urbe exire juſſit.* Quando ex inſulis revocati, priſtinoque muneri reſtituti Germani Batavi, planè incertum eſt. Poterat tamen mox ipſe Auguſtus recepiſſe, poſtquàm partem militum (ut refert Dio lib. 56.) ex clade Varianâ ſuperſtitem eſſe audiens, Tiberium ad ulciſcendum hoſtẽ miſerat. Cohortem fuiſſe unam, patet ex Suetonio in Galbâ, cap. 12. *Cohortem,* inquit, *Germanorum olim à Cæſaribus ad cuſtodiam corporis inſtitutam, atque multis experimentis fideliſsimam diſſolvit.* Item ex Tacito Annal. 12. *Nero egreditur,* inquit, *ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adeſt.* Et item ex Dione, qui unum σύστημα, ſub Severo fuiſſe teſtatur lib. 25. quanquàm interpres malè legionem interpretatus eſt. Ioſephus quoque de Antiq. Iud. lib. 19. cap. 1. Κελτικὸν τάγμα, id eſt, *Germanicam cohortem*

Cajo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Cajo cuſtodiam fuiſſe refert. Auguſti ſcilicet exempulm ſequuti poſteà reliqui imperatores. Tiberius habuit primo mox imperii anno: ut liquet ex Tacito, Pannonici exercitus ſeditionem commemorāte, Annal. 1. *Hæc audita,* inquit, *quamquàm abſtruſum, & triſtiſsima quæque maximè occultantem Tiberium perpulère, ut Druſum filium cum primoribus civitatis, duabusq́; prætoriis cohortibus mitteret, nullis ſatis certis mandatis, ex re conſulturum. & cohortes dilecto milite ſupra ſolitum firmatæ. additur magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum cuſtodes imperatori aderant.* Poſt Tiberium circa C. quoque Caligulam eoſdem fuiſſe, auctor eſt Suetonius in ejus vitâ, cap. 43. *Admonitus,* inquit, *de numero Batavorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ impetum cepit.* Et Ioſephus prædicto loco Germanos cuſtodeis Caji percuſſores in ultionem quæſiviſſe commemorat. Claudium poſteà imperatorem in eodem munere eos retinuiſſe credibile fit ex Suetonii verbis in Galbâ cap. 12. antè recitatis. Ex Taciti etiā Annal. 12. perſpicuum. qui exſtincto Claudio, de Nerone loquens; *Tunc medio diei,* inquit, *tertio ante Idus Octobr. foribus palatii repentè diductis, comitante Burrho, Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adeſt.* Nero certè habuit; teſtante Tacito Annal. 15. *Quin & urbem,* inquit, *per manipulos occupatis mænibus, inſeſſo etiam mari, & amne, velut in cuſtodiam dedit.* (Nero, detectâ cōjuratione) *Volitabantq́; per fora, per domos, rura quoque & proxima municipiorum pedites equitesq́; permixti Germanis, quibus fidebat princeps quaſi externis.* Iidem fuêre, quos anteà Annal. 14. *cohortem militum* appellavit auctor. De Nerone loquens, *Poſtremò,* inquit, *ipſe ſcenam inſcendit, multâ curâ tentans citharam, & præmeditans, adſiſtentibus familiaribus. acceſſerat cohors militum, centuriones, tribuniq́; : & mœrens Burrhus, ac laudans.* Quin & matri Agrippinę corporis cuſtodeis ex eádem gente tribuerat Nero, teſte eodem auctore Annal. 13. *Cognitum id Neroni,* inquit, *excubiasq́; militareis, quæ ut conjugi imperatoris*

Habuit & Tiberius.

Caligula.

Claudius.

Nero.

Batavi cuſtodes corporis Agrippinæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ſoli tùm, & ut matri ſervabantur, & Germanos ſuper eundem honorem cuſtodes additos digredi jubet. Galba deinde, ut ante retulimus, imperio potitus *Germanorum cuſtodiam diſſolvit, ac ſine ullo commodo remiſit in patriam: quaſi Cn. Dolabellæ, juxta cujus hortos tendebant, proniorem.* at veriùs avaritiâ inductus; ut notat apertè Suetonius. Poſt eum iterum, à Vitellio recepta eſt. Ad cujus rei cognitionem Taciti verba Hiſtor. 1. perſcripta haud parum facere videntur. De Vitellio in principem ab Germanico exercitu contra Galbam electo, loquens auctor; *Aul. Vitellius*, inquit, *inferiorem Germaniam ingreſſus, hiberna legionũ cum curâ adierat: redditiq́; pleriſq; ordines, remiſſa ignominia, allevatæ notæ: plura ambitione, quædam judicio.* Batavis tunc quoque priſtinum cuſtodiæ honorem reſtitutum veriſimile eſt: ut qui, *prout inclinaſſent, grande momentum, ſocii, aut adverſi*; ut ait auctor noſter infra eod. lib. Germanos Vitelliũ habuiſſe, disertè teſtatur auctor paullo pòſt XXX. M *Cæcina è ſuperiore Germaniâ ducebat, quorum robur legio una, prima & viceſima fuit. additaq́; utrique Germanorum auxilia: quibus Vitellius ſuas quoque copias ſupplevit, totâ mole belli ſequuturus.* Scilicet *grande*, ut ante dictum, *momentum, prout inclinaſſent, ſociæ aut adverſæ* Batavas cohorteis ſecum haud dubiè duxit. Certè poſt Bedriacenſem ſaltem victoriam, Batavorum virtute partam, in cuſtodeis corporis allegit. Quibus namque tutiùs cõmitteret corpus, quàm quorum virtute imperium obtinuerat. Habuiſſe circa interitum, teſtatur Dio in Xiphilini epitomâ, ubi de Sabino & militibus Vitellium perquirentibus narrans; περιπεσόντες, inquit, τοῖς Κελτοῖς τοῖς φρουροῦσιν αὐτὸν κακῶς ἀπήλλαξαν. Id eſt: *Quum in Germanos Vitellii cuſtodeis incidiſſent, miſerè adflicti diſceſſerunt.* Sequuta eſt exhinc rebellio Batavorum, duce Civile. Hoc bello per Cerialem legatum compoſito, ſtatim ad cuſtodiam Veſpaſiani receptos, qui nuper rebellaverant, haud temerè crediderim. Habuiſſe circa ſe Domitianum Veſpaſiani filium, ex Martialis epigrammate cujus

Galba Batavorum cuſtodiam diſſolvit.

Vitellius recepit.

Domitianus habuit.

te, cujus lemma, *Perſona Germanica*, conjici quodammodò poteſt.

Sum figuli luſus ruſi perſona Batavi:
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Sed hæc conjectatio admodum lubrica eſt, poterat quidpe vel longè ante Domitiani principatum hæc perſona Batavica ficta fuiſſe. Nec certũ, ſub Domitiano, an poſteà ſub Nervâ, aut Trajano hoc epigramma poëta compoſuerit. Aliud certè eſt epigramma lib. 6. Rufo cuidam inſcriptum, quod ſub Domitiano imperatore compoſitum, indicant reliqua quædam ejuſdem libri epigrammata, Domitiano inſcripta. Epigramma eſt hujus modi:

Quidam me modò, Ruſe, diligenter
Inſpectum, velut emtor, aut laniſta,
Cùm vultu, digitóque ſubnotaſſet,
Túne es, túne, ait, ille Martialis,
Cuius nequitias, iocosque novit
Aurem qui modò non habet Batavam?
Subriſi modicè: leviqúe nutu
Me, quem dixerat eſſe, non negavi.
Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?
Reſpondi: quia ſum malus poëta.
Hoc ne ſæpiùs accidat poëtæ,
Mittas, Ruſe, mihi bonas lacernas.

Super hoc epigrammate doctè eruditeque me hæc eadem commentantem monuit vir eruditus, atque doctus Petrus Scriverius, id voluiſſe poëtam, Omnibus Romæ placere carmina ſua, præterquàm Batavæ auri, id eſt, Batavis cuſtodiam, ſive excubias in Domitiani aulâ agentibus. Hi quidpe Ger-

mani, homines barbari atque rudes, ignariq́ue literarum, nihil Martialis carmina audire curabant. Vocem vulgatam *Batavam*, qui ex dicto epigrammate rejecerunt, ſuppoſuetuntq́; *ſeveram*, omnis ſanè veteris hiſtoriæ ignaros ſeſe prodiderũt. Habuit igitur corporis cuſtodem Domitianns cohortem Batavam. Nec Nervam aſpernatum puto, aut Trajanum. Tacitus, qui ſecundo Trajani conſulatu librum de Germaniâ cõſcripſit, de Batavis loquens; *Manet* inquit, *honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit; exemti operibus & collationibus, & tantùm in uſum prœliorum ſepoſiti, velut tela atque arma, bellis reſervantur.* Ergo haud

Trajanus. dubiè inter cuſtodeis corporis Trajani quoque. Adrianus

Adrianus. certè habuit circa ſe Batavum equitatũ, ut auctot eſt Xiphilinus in Epitomâ Dionis. οὕτω γὰρ καλῶς ἤσκητο τὸ στρατιωτικὸν αὐτῷ, ὥστε καὶ τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βαστάων τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξαντο. ἃ ὁρῶντες οἱ βάρβαροι, τοὺς μὲν Ῥωμαίους κατεπλήττοντο. τρεπόμενοι δὲ ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς, ἐχρῶντο αὐτῷ διαιτητῇ τῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορῶν. id eſt: *Quum ita milites exercuiſſet, equitatus Batavorum Danubium armatus perrupit. quâ re animadverſâ, barbari ita Ramanos obſtupeſcere cœperuut, ut inſe invicem converſi, ad componendas controverſias, quas inter ſe habebant, Adriano arbitro uterentur.* Sic ſcilicet vocem Βαστάων, in Βατάων emendandam monet *ars flumina quàm maxima ac rapidiſſima, armis retentis, perrumpendi*; quæ ab omnibus pariter auctoribus tribuitur Batavis. Batavi autem ubique Zoſimo Βατάοι

Severus. dicuntur. Hinc ad Severum usque ſequentibus quoque imperatoribus eoſdem corporis cuſtodeis adfuiſſe, haud dubitandum. Severum circa ſe habuiſſe, liquet ex Dione; qui ſub Severi imperio (& hoc patet ex libris ejus 39. 46. & 55.) hiſtoriam Romanam componens, legionesq́; quæ tum temporis erant, unà cum Batavorum cohorte recenſens lib. 55. καὶ γὰρ τούτοις, inquit, ἤρξατο μὲν νομίζειν ἀφ' οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν.

ἐτῆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

ἐτήρησε δέ· καὶ εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον ῥάβδους φέροντες ὥσπερ οἱ ἑκατόνταρχοι. id eſt: *uti illis cæpit* (Augſtus) *quum veteranos patris contra Antoniũ iterum convocaret. ſervavitq́ deinceps: & ſunt una etiam nunc cohors, virgas gerentes, ſicuti centuriones*. Hunc gerẽdarum virgarum, ſeu baculorum honorem à quo & quando adepti fuerint, haud facile dictu eſt. Antiquæ lapidum inſcriptiones, in Batavorũ inſulâ ſuperioribus annis repertæ, quarum quædam Antonini & Getæ tempora præferunt, auctum circa hanc tempeſtatem univerſæ Batavorum genti honorẽ teſtantur. In his quidpe non *ſocii*, ut anteà, ſed *fratres* & *amici populi imperiiq́ Romani* appellantur. Ipſarum inſcriptionum exemplaria adpoſuiſſe haud alienum abs re fuerit.

Exemplar primi lapidis.

LEG. AVG. PR. PR. CVRANTE
CAECIL. BATO E. PRAE.
GENS BATAVORVM AMICI ET
FRATRES ROMANI IMPERII.

Exemplar ſecundi lapidis.

GENS
BATAVORVM
AMICI ET FRATRES
ROMANI IMPERII

Exemplar tertij lapidis.

FORTVNAE. AVG. SAC
PRO. SALVTE. ITV. AC
REDITV. D.D. N.N
M. AVR. ANTONINI. PII
AVG. ET. P. SEPTIMII
GETAE. NOBILISS. CAES
CIV. BATAVI
FRATRES. ET. AMICI. P.R
V. S. L. M.

Poſt Severum tamen Antoninus Caracalla Batavos cuſtodeis amoviſſe videtur. Quidpe ripæ Danubij (ut refert Herodianus lib. 4.) quum adſideret, πάντας τοὺς [ἐπέκεινα Γερμανοὺς ἔς τε φιλίαν ὑπηγάγετο, ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν λαβεῖν, καὶ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ φρουροὺς ποιήσασθαι, γενναίους τε καὶ ὡραίους ἐπιλεξάμενος. id eſt: *Germanos ſibi illic omnes adiunxit, atque in amicitiam conciliavit; ſic vt ex his ſocios bellorum adſciverit, & cuſtodeis corporis validiſſimum quemq́;, & pulcherrimum ſibi allegerit.* Hinc reliquorum imperatorum an ullus Batavos cuſtodeis circa ſe habuerit, nécne, haud facile diſpectu eſt. Militaſſe tamen poſtremis etiam temporibus conſtat. Iuſti Lipſij in Notis ad Taciti Annal. 13. verba hæc ſunt. *Imò & externi reges vitam ſuam commiſère iſtis. De Herode quidem lego Iudææ, habuiſſe eum in ſatellitio Germanos.* Adpoſuit autem in margine; *Apud Ioſephum lib.* XVII. Verùm erraſſe mihi videtur hac in re vir cetera doctiſſimus. Verba Ioſephi, pompam funebrem regis Herodis deſcribentis lib. 17. cap. 10. hæc ſunt: ἐπὶ δὲ τούτοις τὸ στρατιωτικὸν κατὰ οἰκείας προσηγορίας διέκειντο αὐτοῖς νεμηθέντες. πρῶτοι μὲν οἱ δορύφοροι. μετὰ δὲ τὸ Θρᾴκιον, ἐπὶ δὲ τούτοις ὁπόσοι Γερμανοὶ καὶ τὸ Γαλατικὸν μετ' αὐτοὺς, ἐν κόσμῳ πάντες τῷ πολεμηστηρίῳ. id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Id eſt: *Hos ſequebantur milites, diſtributi per nationũ genera. primum ſatellites; deinde Thraces: poſt hos Germani; & deinceps Galli: omnes inſtructi veluti ad prælium.* Alienos fuiſſe hoſce Germanos à ſatellitio, ſatis perſpicitur ex vocibus, μετὰ δέ; quæ ſatellitibus poſtpoſitæ, hos ab illis, tanquàm diverſos disertè ſeparant. Id verò planê ambiguum, Batavi fuerint Germani iſti, an alij quidam Germanorum Cisrhenanorum, Tribocorum, Nemetum, Vangionum, Trevirorum, Nerviorum, Tungrorum, Sunicorum, Gugernorum, Menapiorum, Toxandrorum, Bethaſiorum.

De Batavorum militiâ, virtuteque bellicâ ſub Cæſare Auguſto & reliquis imperatoribus.

CAPVT XX.

AT præter corporis cuſtodeis, alios quoque fuiſſe Germanos Batavos, in exercitibus provincialibus, paſſim apud rerum auctores legitur. Tacitus Hiſt. 4. de Batavorũ origine, ſede, atque militiâ loquens; *Diu Germanicis*, inquit, *bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmiſſis illuc cohortibus, quas veteri inſtituto nobiliſſimi popularium regebant.* Ex voce *diu* ſatis clarè colligitur, mox ſub initium principatus Auguſti in Germanico exercitu militaſſe quum Vbios Rhenum traduceret M. Agrippa. Dein quoque ſub Druſo Tiberioq; fratribus, Rhenum inter Albimq; Germaniam pacantibus. Belli Dalmatici, quod ijdem fratres ſub Auguſto geſſerunt, exitum dedit ingens unius Germani robur, haud dubiè Batavi. Quidpe quum Germanicus validam Dalmatarũ urbem obſideret, nec expugnare quiret: Πουλίων ἱππεὺς Κελτὸς (inquit Dio lib. 55.) λίθον ἐς τὸ τεῖχος ἀφεὶς, οὕτω τὴν ἔπαλξιν διέσεισεν, ὥστε αὐτὴν αὐτίκα πεσεῖν, καὶ τὸν ἄνδρα τὸν ἐπικεκλιμένον οἱ συγκαταςπάσαι. γενομένου δὲ τούτου ἐκπλαγέντες οἱ ἄλλοι καὶ φοβηθέντες, τό τε τεῖχος ἐκεῖνο ἐξέλιπον καὶ ἐς τὴν

Batavorum militia ſub Auguſto, *in Germaniâ ac Pannoniâ.*

ἀκρόπολιν ἀνέδραμον. καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ταύτην, καὶ ἑαυτοὺς παρέδοσαν. id eſt: *Pulio eques, Germanus natione, ſaxo in murum conjecto, ita propugnaculum concuſſit, ut ſtatim id cum viro ei incumbente corruerit. Id ſic perterruit reliquos, ut muris relictis in arcem confugerint, ac poſt & ſeſe eam dediderint.* Deditâ hac vrbe Bato colloquium de pace petjit, congreſſusque cum Tiberio bellum compoſuit.

Sub Tiberio, *in Germaniâ.*

Tiberio imperitante, in exercitu Germanici Cæſaris fuêre Batavi, quum is Cheruſcos trans Viſurgim flumen peteret, teſte Tacito Annal. 2. *Cæſar*, inquit, *niſi pontibus, præſidiisq́ impoſitis, dare in diſcrimen legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit. præfuêre Stertinius, & è numero primipilarium AEmilius; diſtantibus locis invecti, ut hoſtem diducerent. quà celerrimus amnis, Cariovalda dux Batavorum erupit. eum Cheruſci fugam ſimulantes, in planitiem ſaltibus circumjectam traxêre: dein coorti, & undique effuſi trudunt adverſos, inſtãt cedẽdentibus, collectosq́ in orbem pars congreſſi, quidam eminus proturbant, Cariovalda, diu ſuſtentatâ hoſtium ſævitiâ, hortatus ſuos ut ingruentes catervas globo frangerent, atq; ipſe in denſiſſimos irrumpẽs, congeſtis telis & ſuffoſſo equo labitur, ac multi nobilium circa. ceteros vis ſua, aut equites cum Stertinio Æmilioq́ ſubvenientes, periculo exemêre.*

Sub Caligula, *in Galliâ.*

In Caji item Caligulæ exercitu fuiſſe Batavos, quum is Germanicæ expeditionis impetum caperet, Britanniamq́ue cogitaret, haud dubium; quandoquidem ipſam Batavorum inſulam ingreſſus eſt. *Aucta mox*, inquit Tacitus, *per Britanniam gloria, transmiſſis illuc cohortibus*: à Claudio imperatore, vt auctor eſt Dio lib. 60. Αὖλος Πλαύτιος βουλευτὴς λογιμώτατος, ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐστράτευσε· Βέρικος γάρ τις ἐκπεσὼν ἐκ τῆς νήσου κατὰ στάσιν ἔπεισε τὸν Κλαύδιον δύναμιν ἐς αὐτὴν πέμψαι. id eſt: *Aulus Plautius ſenator, vir clariſſimus in Britanniam exercitum duxit, Berico, qui per ſeditionem inſulâ pulſus fuerat, Claudio ita perſuadente.* Et paullò pòſt: ὡς δ᾽ ἐπὶ ποταμῷ τινὶ ἐγένοντο, ὃν οὐκ ᾤοντο οἱ βάρβαροι δυνήσεσθαι τοὺς Ῥωμαίους ἄνευ γεφύρας διαβῆναι, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀμελέστερόν πως ἐπὶ τῆς ὄχθης

Sub Claudio *in* Britanniâ.

αὐτοῦ

αὐτοῦ τὸ κατ᾽ ἀντιπέραν ηὐλίζοντο, πέμπει Κελτοὺς οἷς ἔθος ἦν καὶ διὰ
τῶν ῥοωδεστάτων ποταμῶν ῥᾳδίως αὐτοῖς ὅπλοις διανήχεσθαι· καὶ ἐπεὶ-
δὴ ἐκεῖνοι παρὰ δόξαν τοῖς ἐναντίοις προσπεσόντες, τῶν μὲν ἀνδρῶν
οὐδένα ἔβαλλον, τοὺς δ᾽ ἵππους τοὺς τὰ ἅρματα αὐτῶν ἄγοντας ἐτίτρω-
σκον, κἀκ τούτου ταραττομένων σφῶν οὐδ᾽ οἱ ἐπιβάται ἀσφαλεῖς εἶ-
ναι ἐδύναντο· ἐπιδιέπεμψε τόν τε Οὐεασπεσιανὸν τὸν Φλάβιον, τὸν καὶ
τὸν μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορα ἀρχὴν λάβοντα, καὶ τὸν ἀδελ-
φὸν αὐτοῦ Σαβῖνον ὑποστρατηγοῦντά οἱ· καὶ οὕτω διελθόντες πῃ καὶ
ἐκεῖνοι τὸν ποταμὸν, συχνοὺς τῶν βαρβάρων μὴ προσδεχομένους ἀπέκ-
τειναν· οὐ μέντοι οἱ λοιποὶ ἔφυγον, ἀλλὰ τῆς ὑστεραίας αὖθις συμβα-
λόντες σφίσιν, ἀγχώμαλα ἠγωνίσαντο· πρὶν δὴ Γάϊος ὁ Σίδιος Γέ-
τας κινδυνεύσας ἁλῶναι ἔπειθ᾽ οὕτως αὐτῶν ἐκράτησεν, ὥς τε καὶ τι-
μὰς ἐπινικίους καίπερ οὐχ᾽ ὑπατευκὼς, λαβεῖν. ἀναχωρησάντων δ᾽
ἐντεῦθεν τῶν Βρεττανῶν ἐπὶ τὸν Ταμέσαν ποταμὸν καθ᾽ ὃ ἔς τε τὸν Ὠ-
κεανὸν ἐκβάλλει, πλημμύροντός τε αὐτοῦ λιμνάζει, καὶ ῥᾳδίως αὐτὸν
διαβαινόντων, ἅτε καὶ τὰ στέριφα τά τε εὔπορα τοῦ χωρίου ἀκριβῶς εἰδό-
των, οἱ Ῥωμαῖοι ἐπακολουθήσαντες σφίσι, ταύτῃ μὲν ἐσφάλησαν, δια-
νηξαμένων δ᾽ αὖθις τῶν Κελτῶν, καὶ τινῶν ἑτέρων διὰ γεφύρας ὀλίγον
ἄνω διελθόντων πολλαχόθεν τε ἅμα αὐτοῖς προσέμιξαν, καὶ πολλοὺς
αὐτῶν ἔκοψαν· τούς τε λοιποὺς ἀπερισκέπτως ἐπιδιώκοντες, ἔς τε ἕλη
δυσδιέξοδα ἐσέπεσον, καὶ συχνοὺς ἀπέβαλον. i. c. *Vt ad fluviũ quendam
progreſsi ſunt, quẽ quia ſine ponte nõ poſſe à Rom. tranſiri barbari cre
debant, ſocordiùs in vlteriore ripâ caſtra habebant. Igitur Plautius
Germanos miſit ſolitos etiã rapidiſs. flumina in armis tranatare. Hi
hoſtẽ nec opinantem invadentes, neminẽ virorum ſauciarunt, equis
tantùm, qui currus trahebant vulneratis. quibus turbatis, ne ſeſſores
quidem conſtare valebant. Tum Fl. Veſpaſianũ (qui ſummo poſt im-
perio potitus eſt) huiusq; fratrem Sabinum legatũ miſit. qui ipſi et-
iam traiecto amne, permultos barbarorũ improviſò interfecerũt. Ne-
que tamen reliqui fugæ ſeſe mandârũt, ſed poſtero die prœliũ conſeru-
erunt, dubio Marte, donec C. Sidius Geta, quũ propè in hoſtiũ poteſta-
tẽ veniſſet, ita eos vicit, ut ei propterea honores triumphales, quanquã
conſul non fuiſſet, dati ſint. Inde ſe barbaris ad flumen Tameſin, quà*

*id inOceanũ inmergitur, eoq́; adfluente ſtagnat, receperunt, idq́; fa-
cilè tranſierunt, locorum, quæ ſolida atque pervia, gnari. Eos quum
Romani inſequerentur, periclitati ſunt. mox quum Germani iterum
tranaviſſent, ſuperiore loco per pontem quidam transgreſſi, & vndi-
que barbaris circumfuſi, magnam ſtragem ediderunt. reliquos au-
tem quum inconſultiùs conſectarentur, in paludeis incidêrunt in-
vias, multosq́; ſuorum amiſerunt.* Grande ſcilicet vbique ad
victoriam momentum Batavorum Germanorum virtus.
Nono pòſt anno, quum ſub eodem Claudio imperatore P.
Oſtorius Scapula in Britanniâ rebelleis Britannos ad obſe-
quium redigeret: *Gnarus*, inquit Tacitus Annal. 12 *primis evẽ-
tibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit: & cæſis qui re-
ſtiterunt, diſiectos conſectatus, ne rurſus conglobarentur, infensáque
& infida pax non duci, non militi requiem permitteret; detrahere
arma ſuſpectis, cinctosq́; caſtris Antonam & Sabrinam fluvios co-
hibere parat. quod primi Icæni abnuêre, valida gens, nec prælijs con-
cuſſa, quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant. hisq́; auctoribus
circumjectæ nationes locum pugnæ dilegêre, ſeptum agreſti aggere,
& aditu anguſto, ne pervius equiti foret. Ea monumenta dux Ro-
manus, quamquàm ſine robore legionum ſociales copias ducebat, per-
rumpere aggreditur, & diſtributis cohortibus, turmas quoque equi-
tum ad munia accingit. Tunc dato ſigno perfringunt aggerem, ſuiſ-
que clauſtris impeditos turbant.* In ſocialibus his copijs cohor-
teis quoque Batavas fuiſſe credibile eſt. quidpe ad Veſpaſiani
vſque principatum inter Britannica auxilia Batavos militaſ-
ſe infrà patebit.

Sub Nerone in Aſiâ, Germaniâ, Britanniâ, Galliâ.

Nerone imperitante quum Domitius Corbulo res in Aſiâ
gereret; *Et habiti per Galatiam*, inquit idem auctor Annal. 13. *ac
Cappadociam dilectus. Adjectaq́; ex Germaniâ legio, cum equiti-
bus alariis, & peditatu cohortium.* haud dubiè Batavorum Ger-
manorum: quorum virtus plurimis experimẽtis cognita. Mox
infra: *Corbulo ſocias cohortes, & auxilia regum pro cornibus, me-
dio ſextam legionem conſtituit.* Annal. 14. Vbi Corbulo Tigra-
nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

nem Armeniæ regem juſſu Neronis imponit; *Additum etiam præſidium*, inquit auctor, *mille legionarii, tres ſociorum cohortes, duæq; equitum alæ.* Annal. 13. quum Friſiorum pars, *agros* quoſdam trans Rhenum *vacuos ac militum uſui ſepoſitos inſediſſent; Nero decedere agris juſsit. Atque illis aſpernantibus, auxiliaris eques repentè immiſſus, neceſsitatem attulit; captis cæſisq; qui pervicaciùs reſtiterant.* Eques iſte auxiliaris, nullus niſi Batavus, propinquus. Auctor quidpe noſter Hiſt. 4. *Erat & domi*, inquit, *dilectus eques, præcipuo nandi ſtudio, arma equosq; retinens integris turmis Rhenum perrumpere.* Nullus hac in parte Rheno pons, & tamen *eques repentè immiſſus.* Annal. 14. ſub eodem Nerone Suetonius Paullinus in Brittanniâ res gerens, *Monam inſulam* (Angleſey nunc Anglis dicitur) *incolis validam, & receptaculum perfugarum aggredi parat, navesq; fabricatur pleno al eo adverſus breve litus, & incertum. Sic pedites: equites vado ſequuti, aut altiores inter undas adnatantes equis transmiſêre.* Batavos fuiſſe ars prodit natandi. Paullo ante interitum Neronis, quum Galliæ, duce Iul. Vindice, rebellarent, Verginius Rufus Batavos quoque in exercitu ſuo adverſus rebelleis duxit. Hinc Civilis Batavus apud Tacitum Hiſtor. 4. rebellionem popularibus ſuadens; *Ne Vindicis*, inquit, *aciem cogitarent: Batavo equite protritos Æduos, Arvernosq; fuiſſe inter Virginii auxilia Belgas, vereq; reputantibus, Galliam ſuismet viribus cõcidiſſe. Nunc easdem omnium partes; addito ſi quid militaris diſciplinæ in caſtris Romanorum viguerit, eſſe ſecum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint.* Quæ verba de Æduis atque Arvernis quoſdam ad I. Cæſaris res geſtas detorquere video, quum is Noviodunum Biturigum opidum obſideret. Verùm obſervandum erat, Civilem barbarum apud populareis barbaros hæc loquutum; quibus nulli annales, nulla hiſtoriarum monimẽta, unde res ante CXXV. circiter annos geſtas cognoſcerent. De proximâ Vindicis rebellione loqui Civilem certum eſt, in quâ Æduos, & Sequanos, & Arvernos fuiſſe liquet

ex Taciti Hiſt. 1. De exercitu quidpe qui Vindicem vicerat, loquens auctor, *Germanici*, inquit, *exercitus, quod periculoſiſſimum in tantis viribus, ſoliciti & irati ſuperbiâ recentis victoriæ, & metu, tanquàm alias partes foviſſent.* Et infra de ijſdem: *Igitur Sequanis, Æduisq́, ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infenſi.* Arvernos heic inter alias civitates intelligi, vocabulum *opulentia*, haud obſcurè indicat. Quidpe ſi qua alia, certè Arvernorum civitas ampla, opulenta, potensque fuit. Hoc igitur uoluit Civilis. Inter Virginij auxilia contra rebellem Vindicem ſtetiſſe Belgas. quorum fortiſſimi Batavi hoſteis Arvernos Æduosque, Vindicis exercitum, virtute ſuâ fuderint atque fugârint. Nunc verò quum ipſi Batavi Belgæ arma in Romanos ſumant, eaſdem omnium Belgarum eſſe parteis; omneis pariter pro communi libertate pugnaturos. Ceterùm hi Batavi iidem erant, qui ſub Paullino Suetonio in Britanniâ militaverant, auxilia quartæ decimæ legionis. Poſteà verò à Nerone, unà cum XIV. legione ex Britanniâ contra Iul. Vindicem exciti; uti patet ex hiſt. 4. ubi *remitti eos In Brittanniam*, poſt pugnã Bedriacenſem, *unde à Nerone exciti erant*, *placuiſſe Vitellio* ait auctor. In ipſo Vitellij exercitu, quem ex Galliâ contra Galbam in Italiam duxit, eaſdẽ fuiſſe Batavas cohorteis, inter Germanica auxilia, ex ijs quæ modò dicta ſunt, ſatis conſtat. Tum verò auctor noſter eod. lib. infra, *Erant*, inquit, *in civitate Lingonum* (poſt devictum Vindicem) VIII. *Batavorum cohortes, quartæ decimæ legionis auxilia, tum diſcordiâ temporum à legione digreſſæ, prout inclinaſſent, grande momentum, ſociæ aut adverſæ.* Et paullo poſt, iter ex Galliâ in Italiam exercitus Vitelliani deſcribens: *Proxima*, inquit, *Lingonum civitas erat, fida partibus. binignè excepti, modeſtiâ certavêre. Sed brevis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas à legione quartâ decimâ, ut ſupra memoravimus, digreſſas exercitui ſuo Fabius Valens adjunxerat. Iurgia primùm, mox rixa inter Batavos & legionarios. Dum his aut illis ſtudia militum adgregantur, propè in prœlium exarsêre; ni*

Sub Vitellio.

Valens

Valens animadverſione paucorũ oblitos jam Batavos imperii admonuiſſet. In eo quoq; prœlio, quod in Liguriæ litore circa Albiũ Intemelium Vitelliani ſiniſtro Marte cum Othonianis commiſerunt, Batavos fuiſſe indicant verba hæc Taciti Hiſtor. 2. *Duodecim equitum turmæ, & lecti è cohortibus, adversùs hoſtem jêre:* miſſu Valentis ducis. Si lecti; certè nulli niſi Batavi, *omniũ* Germanorum cis Rhenum *virtute præcipui*; &, *prout inclinaſſent, grande momentum, ſocij aut adverſi.* Fabius autem VIII. *cohorteis Batavorum à legione quartâ decimâ digreſſas exercitui ſuo adjunxerat.* Tacitus Hiſtor. 1. *Germanica vexilla,* inquit, *diu nutavêre, invalidis adhuc corporibus, & placatis animis, quòd eos à Nerone Alexandriam præmiſſos, atque inde rurſus longâ navigatione ægros, impenſiore curâ Galba refovebat.* De ijſdem eod. lib. infra: *Cæcina, paucos in Helvetijs moratus dies, dum ſententiæ Vitellij certior fieret, ſimul tranſitum Alpium parans, lætum ex Italiâ nuntium accipit, alam Syllanam circa Padum agentem ſacramento Vitellij acceſſiſſe. Proconſulem Vitellium Syllani in Africâ habuerant: mox à Nerone, ut in Ægyptum præmitterentur, exciti, & ob bellum Vindicis remorati, ac tum in Italiâ manentes, inſtinctu decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obſtricti, robur adventantium legionum, & famam Germanici exercitus attollebant, tranſiêre in partes: & ut donum aliquod novo principi, firmiſſima Transpadanæ regionis municipia, Mediolanum, ac Novariam, & Eporediam, ac Vercellas adjunxêre. Id Cæcinæ per ipſos compertum. Et quia præſidio alæ unius latiſſima pars Italiæ defendi nequibat, præmiſit Cæcina Gallorum, Luſitanorum, Britannorumq́; cohortes, & Germanorum vexilla.* In his Batavos fuiſſe, oſtendit auctor Hiſt. 2. *Florentiſſimum,* inquit, *Italiæ latus, quantum inter Padum Alpesq́; camporum & urbium armis Vitellij (namque & præmiſſæ à Cæcinâ cohortes advenerant) tenebatur. Capta Pannoniorum cohors apud Cremonam, intercepti centum milites ac mille claſsici inter Placentiam Ticinumq́;. Quo ſucceſſu Vitellianus miles non jam flumine aut ripis arcebatur. Irritabat quinetiam Batavos*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Transrhenanosq́; Padus ipſe: quem contra Placentiam transgreſſi, raptis quibuſdã exploratoribus, ita ceteros terruêre, ut adeſſe omnẽ Cæcinæ exercitum trepidi ac falſi nuntiarent : Seditio dehinc gravis ad Ticinum in Fabiano exercitu per Batavos exorta eſt. quam iiſdem verbis, quibus à Tacito eod. lib. perſcripta, huc apponere conſilium eſt: quià multa in iis, ad gloriam laudemque Batavæ virtutis ſpectantia. *Cohortes Batavorum*, inquit auctor, *quas bello Neronis à quartâ decimâ legione digreſſas, cùm Britanniam peterent, audito Vitellÿ motu, in civitate Lingonum Fabio Valenti adjunctas retulimus, ſuperbè agebant, ut cujusque legionis tentoria acceſſiſſent, coërcitos à ſe quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipſorum manu ſitam jactantes. Contumelioſum id militibus, acerbum duci, corrupta jurgÿs atque rixis diſciplina. Ad poſtremum Valens è petulantiâ etiam perfidiam ſuſpectabat. Igitur nuntio allato, pulſam Trevirorum alam, Tungrosq́; à claſſe Othonis, & Narbonẽſem Galliam circumiri, ſimul curâ ſocios tuendi, & militari aſtu, cohortes turbidas, ac ſi unà forent, prævalidas, diſpergendi, partem Batavorum ire in ſubſidium jubet. Quod ubi auditũ, vulgatumq́;, mærere ſocÿ, fremere legiones orbari ſe fortiſſimorum virorum auxilio; veteres illos & tot bellorum victores, poſtquàm in conſpectu ſit hoſtis, velut ex acie abduci. ſi provincia urbe & ſalute imperÿ potior ſit, omnes illuc ſequerentur: ſin victoriæ ſanitas, ſuſtentaculum, columen in Italiâ verteretur, non abrumpendos, ut corpori, validiſſimos artus. Hæc ferociter jactando, poſtquàm, immiſſis lictoribus, Valens coërcere ſeditionem cœptabat, ipſum invadunt, ſaxa jaciunt, fugientem ſequuntur. Spolia Galliarum, & Viennenſium aurum, & pretia laborum ſuorum occultare clamitantes, direptis ſarcinis, tabernacula ducis, ipſamq́; humum pilis & lanceis rimabantur. nam Valens, ſervili veſte, apud decurionem equitum tegebatur. Tum Alphenus Varus præfectus caſtrorum, deflagrante paulatim ſeditione, addit conſilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omiſſo tubæ ſono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere-*

Batava virtutis laus.

pere cuncti, circumſpectare inter ſe attoniti: & idipſum quòd nemo regeret paventes, ſilentio, patientiâ, poſtremò precibus ac lacrymis veniam quærebant. Vt verò deformis & flens, & præter ſpem incolumis Valens proceßit, gaudium, miſeratio, favor: verſi in lætitiam (vt eſt vulgus vtroq; immodicum) laudantes, gratantesq;, circumdatum aquilis ſignisq;, in tribunal ferunt. Ille, vtili moderatione, non ſupplicium cuiusquam poſcit: ac ne diſsimulans ſuſpectior foret, paucos incuſavit: gnarus civilibus bellis plus milibus, quàm ducib. licere. Pugna ad idem Ticinum commiſſa: de quâ auctor Hiſtoriar. 2. *Et erat inſula*, inquit, *amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando prælabebantur. Ac fortè plureis transgreſſos, completis liburnicis, per promtißimos gladiatorum Macer aggreditur. Sed neque ea conſtantia gladiatoribus ad prælia, quæ militibus, nec perinde nutantes è navibus, quàm ſtabili gradu è ripâ, vulnera dirigebant. Et cum variis trepidantium inclinationibus, immixti remiges propugnatoresq; turbarentur; deſilire in vada vltrò Germani, retentare puppes, ſcandere foros, aut cominus mergere. quæ cuncta in oculis vtriusq; exercitus, quanto lætiora Vitellianis, tanto acriùs Othoniani cauſam, auctoremq; cladis deteſtabantur. Et prælium quidem, abruptis quæ ſuperfuerant navibus, fugâ diremtum.* Hinc ad Bedriacum inter Vitellianos, Othonianosque quum noviſſimo prœlio diu acriterque decertatum eſſet: Τοῖς δὲ μονομάχοις, inquit Plutarchus in Othone, ἐμπειρίαν τε καὶ θάρσος ἔχειν πρὸς τὰς συμπλοκὰς δοκοῦσιν ἐπήγαγεν Οὔαρος Ἄλφηνος τοὺς καλουμένους Βατάβους. εἰσὶ δὲ Γερμανῶν ἱππεῖς ἄριστοι, νῆσον οἰκοῦντες ὑπὸ τοῦ Ῥήνου περιρρεομένην. τούτοις ὀλίγοι μὲν τῶν μονομάχων ἀντέστησαν· οἱ δὲ πλεῖστοι φεύγοντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἐμπίπτουσιν εἰς σπείρας τῶν πολεμίων αὐτόθι τεταγμένους, ὑφ' ὧν ἀμυνόμενοι πάντες ὁμαλῶς διεφθάρησαν. id eſt: *In gladiatores, qui peritiâ, atque animo ad congrediendum habebantur inſignes, invexit Varus Alphenus Batavos. Hi equitum Germanorum ſunt præſtantißimi, inſulam Rheni incolentes. Eos pauci gladiatorum ſubſtitere, maxima pars fugâ adverſus amnem delati, incurrunt in loca-*

Batavi vincũt Othonianos ad Ticinum.

Item ad Bedriacum.

tas illic hoſtium cohortes; à quibus dimicantes iuternecione occiſi ſunt. De eâdem pugnâ ſic Tacitus Hiſtor. 2. *Acceſſit recens*, inquit, *auxilium, Varus Alphenus cum Batavis, fusâ gladiatorum manu, quam navibus transvectam, oppoſitæ in ipſo flumine* (Pado) *trucidaverant. ita victores latus hoſtium invecti. Et mediâ acie perruptâ, fugêre paſſim Othoniani Bedriacum petentes. Immenſum id ſpatium, obſtructæ ſtrage corporum viæ. quo plus cædis fuit*. Sic tandem Batavorum virtute victoria hæc Vitellio parta fuit; & imperium per ipſam. Poſt pugnã Bedriacenſem, *remitti* Othonianos milites, ut auctor eſt idem Tacitus eod. lib. infra, *In Britanniam placuit; atque interim Batavorum cohortes unà tendere, ob veterem adverſus quartadecimanos diſcordiam. Nec diu in tantis armatorum odijs quies fuit. Auguſtæ Taurinorum, dum opificem quendam Batavus ut fraudatorem inſectatur, legionarius ut hoſpitem tuetur, ſui cuique commilitones aggregati, à conviciis ad cædem transſiêre. & prælium atrox arſiſſet, ni duæ prætoriæ cohortes, cauſam quartadecimanorum ſecutæ, his fiduciam, & metum Batavis feciſſent. quos Vitellius agmini ſuo jungi, ut fidos; legionem, Graiis Alpibus traductam eo flexu itineris ire jubet, quo Viennã vitarent*. Mox infra: *Cohortes Batavorum, ne quid truculentiùs auderēt, in Germaniam remiſſæ, principiũ interno externóq; bello parantib. ſatis*. Tanta ſcilicet erat Bata-
Sub Veſpaſiano. vorum virtus; tantus ex hac metus. Dehinc quũ adversùs Veſpaſiani duceis exercitum Vitellius convocaret; *Auxilia tamen*, inquit auctor infra, *è Germaniâ, Britanniáque & Hiſpaniis excivit; ſegniter, & neceſſitatem diſſimulans. Perinde legati provinciæque contabantur. Hordeonius Flaccus, ſuſpectis jam Batavis, anxius proprio bello*. Quia *juſſu Vitellij* (ut eſt Hiſtor. 4.) *Batavorum juvētus ad dilectum vocabatur. quem ſuapte naturâ gravem, onerabant miniſtri avaritiâ ac luxu, ſenes aut invalidos conquirendo, quos pretio dimitterent. Rurſus impuberes, ſed formâ conſpicui* (& *eſt plerisque procera pueritia*) *ad ſtuprum trahebantur. Hinc invidia, & compoſiti ſeditionis auctores perpulêre, ut dilectum abnuerent. Civilis primores gentis, & promtiſſimos vulgi, ſpecie epularum ſacrum in nemus vocatos*,

vocatos, ubi nocte ac lætitiâ incaluiſſe videt, à laude gloriáque gentis
orſus, injurias & raptus, & cetera ſervitii mala euumerat; rebellio-
nemque ſuadet. Adjunctis Caninefatibus, *mox occultis nuntiis*
pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortes, miſſas in Germani-
am, ut ſupra retulimus, ac tum Magontiaci agentes. Accitis dein
Friſiis, capit ac diripit Brinio dux Caninefatũ, bina Romano-
rum caſtra ad Rheni ripam in inſulâ ſita. Civilis dehinc, dux
belli pugnam committit in inſulâ. deficiente ad eum Tungro-
rum cohorte, Romanæ delentur cohortes. itẽ claſſis XXIV. na-
vium partim capitur, partim transfugit. *Pars remigum*, inquit
auctor, *è Batavis, tanquàm imperitiâ, officia nautarum propugnato-*
rumq; impediebant. mox contra tendere. & puppes hoſtili ripæ obji-
cere ad poſtremum gubernatores centurionesq;, niſi eadem volentis,
trucidant. donec univerſa quatuor & viginti navium claſſis trans-
fugeret aut caperetur. Civilis hinc affectat Galliarum imperium.
Gallis tamen libertatem vindicandam ſuadet. Batavorum ala à
Mummio Luperco legato ad Civilem deficit. Is prœlium cõ-
mittit cum Luperco ad Vetera, ſecundo Marte. præfectus alæ
Batavorum Cl. Labeo captus, *ne interfectus invidiam apud po-*
pulares, vel ſi retineretur, ſemina diſcordiæ præberet, in Friſios avehi-
tur. Iisdem diebus Batavorum & Caninefatium cohortes, cum juſſu
Vitellii in urbem pergerent, miſſus à Civile nuntius aſſequitur. Civili
ſe jungere cupiunt. Bonnam quum venirent, tranſitu prohi-
bentur. *Tria millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohor-*
tes, ſimul paganorum lixarumq;, ſed procax ante periculum manus,
omnibus portis erumpunt, ut Batavos numero impares circumfundãt.
Illi veteris militiæ memores in cuneis congregantur, denſi undique, Batavi rei militaris gnari.
& frontem tergaq; ac latus tuti. Sic tenuem aciem noſtrorum per-
fringunt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, & vallum portasq; trepidi
petebant. Ibi plurimum cladis. cumulatæ corporibus foſſæ. nec cæde tã-
tùm & vulneribus, ſed ruinâ, & ſuis plerique telis interiêre. Victores,
Coloniâ Agrippinenſium vitatâ, nihil cetero in itinere hoſtile auſi, Bõ-
nenſe prælium excuſabant, tamquàm petitâ pace, poſtquàm negaba-
tur, ſibimet ipſi conſuluiſſent. Iunguntur tãdem Civili. Is mittit le-

gatos ad duas legiones, quæ proximâ acie pulſæ in Vetera caſtra conceſſerant, uti in verba Veſpaſiani jurent. Illi abnuunt, jactâ in Civilem contumeliâ. Quare *incenſus irâ Civilis univerſam gentem Batavorum in arma rapit*. Iunctis Caninefatibus, Gugernis & Transrhenanis Friſijs, Bructeris, Tencteris, & alijs Germanis, obſidet Vetera. Intereà Vocula legatus ad Geldubam à Germanis vincitur. *At Civilem immensùm univerſa Germania extollebat, ſocietate nobiliſsimis obſidum firmatâ.* Ille vaſtari omnem ferè Belgicam jubet. prædæ ubique actæ. deletæ Vbiorum cohorte ſin vico Marcoduro. cæſi itẽ Vbii in Germaniâ. *Contuſis Vbijs, gravior, & ſucceſſu rerum ferocior Civilis, obſidium legionum* ad Vetera *urget. Parte copiarum retentâ, veteranas cohortes, & quod è Germanis maximè promtum adverſùs Voculam exercitumq́; ejus mittit*. Committitur prœlium; quo primùm Batavi, mox Romani ſuperiores. *Cæſorum eo prœlio in partibus Romanis major numerus & imbellior: è Germanis ipſa robora.* Pugnatum deinde inter frumentatores, & Batavos, *longo agmine, & incerto Marte, donec prœlium nox dirimeret. Interim Civilis Vetera circumſedit. capit Geldubam. Mox haut procul Noveſio equeſtri prœlio proſperè certavit.* Iunguntur Civili Tutor ac Claſſicus Treviri, & Sabinus Lingo. Tutor Agrippinenſes obſidet. Illi ſeſe dedunt Civili, inque Galliarum verba jurant. Hinc legiones in Veteribus caſtris, fide datâ, Civili ſeſe committunt. Caſtris egreſſi ad quintum lapidem à Germanis cæduntur. pars in caſtra refugientes, injecto igne cremantur. *Cohortium* hinc, *alarum, legionum, hiberna,* (quorũ quinquaginta ampliùs ad Rheni ripam Druſum direxiſſe, auctor eſt Florus) cuncta *ſubverſa, cremataque*; duobus *tantùm relictis*. Civilis exin occupat Sunicos, Vbiis proximos. *Iuventute eorum per cohortes compoſitâ, quo minùs ultra pergeret, Claudius Labeo Bethaſiorum, Tungrorumq́;, & Nerviorum tumultiariâ manu reſtitit.* Fugato Labione *Civilis Tungros, Bethaſios ac Nervios in fidem accipit.* Miſſo dehinc à Veſpaſiano exer-

exercitu cum Petilio Ceriale legato ad comprimendam rebellionem, pugnatur ad Auguſtam Trevirorum; ubi ſuperiores primi Germani ac Batavi, mox Romani. *At Ciuilis reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera conſedit.* Fit iterum prœlium; quo Civilis ſuperatur. *Civili Chaucorum auxilia venêre. non tamen auſus opidum Batavorum armis tueri, raptis quæ ferri poterant, ceteris injecto igni in inſulam conceßit. diruitq́ molem à Druſo Germanico factam: Rhenumq́ prono alveo in Galliam ruentem, disjectis quæ morabantur, effudit. Sic velut abacto amne, tenuis alveus, inſulam inter Germanosq́, continentium terrarum ſpeciem fecerat. Tranſiêre Rhenum Tutor quoque & Claßicus, & centum tredecim Treveroum ſenatores.* Oppugnant quatuor reliqua caſtra Romanorum in inſulâ, Batavoduri, Grinnibus, Vadæ, & Arenaci ſita. *Sed ubi Cerialis cum dilectâ equitũ manu ſubvenit, verſa fortuna, præcipites Germani in amnem aguntur. Civilis dum fugientes retentat agnitus, petitusq́ telis, relicto equo, transnatavit. Idem Germanis effugium. Tutorem Claßicumq́ appulſæ lintres vexêre. Civilem cupido inceßit navalem aciem oſtentandi. Complet quot biremium quæq́ ſimplici ordine agebantur. Adiecta ingens lintrium vis. tricenis quadrigenisq́ armamenta liburnicis ſolita: & ſimul captæ lintres ſagulis verſicoloribus, haut indecorè pro velis juvabantur. Spatium velut æquoris captum, vbi Moſæ fluminis os amnem Rhenum Oceano affundit. Cauſa inſtruendæ claßis, ſuper inſitam genti vanitatem, vt eo terrore commeatus Galliá adventantes interciperent. Cerialis miraculo magis, quàm metu, direxit claſſem: numero imparem, uſu remigum, gubernatorum arte, navium magnitudine potiorem. Is flumine ſecundo, illi vento agebantur. Sic prævecti, tentato telorum iactu, dirimuntur. Civilis nihil vltra auſus, trans Rhenum conceßit. Cerialis inſulam Batavorum hoſtiliter populatus. per occultos nuntios, Batavis pacem, Civili veniam oſtentans, Velledam, propinquosq́ monebat, fortunam belli tot cladib. adverſam opportuno erga populum Rom. merito mutare. Miſcebantur minis promiſſa, & concußâ Transrhenanorum fide,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

inter Batavos quoque ſermones orti. Non fefellit Civilem inclinatio, & prævenire ſtatuit. ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ, quæ plerumque magnos animos infringit. Petito colloquio, ſcinditur Nabaliæ (Iſela nunc eſt) *fluminis pons. In cujus abrupta progreſſi duces, bellum componunt.* οἱ γὰρ πρὸς τὴν φήμην (ut inquit Ioſephus de bello Iudaico lib. 7. cap. 12.) τῆς ἐφόδου καταπεσόντες, ἐπ' αὐτῷ σφᾶς αὐτοὺς ἐποιήσαντο μετὰ τοῦ φόβου κέρδος ἡγούμενοι, τὸ χωρὶς συμφορῶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν πάλιν ζυγὸν ὑπαχθῆναι. id eſt: *Illi enim expeditionis famâ perculſi, ſeſe ei* (Domitiano cum exercitu advenienti) *permiſerunt; lucrum exiſtimantes ſi ſine damno, priſtino jugo ſubjicerentur.* Sic tandem Batavi ad obſequium rediêre. Poſthinc Petilium Cerialem, quum à Veſpaſiano in Britanniam mitteretur, Batavas quoque cohorteis in eandem trãsportaſſe, haud obſcurè colligitur ex Tacito, in vitâ Agricolæ. Ceriali quidpe ſuccedens Frontinus, & Frontino Agricola, militem non traduxerunt, ſed à Ceriale relictum in hibernis invenerunt. In quibus Batavos fuiſſe patet ex his Taciti verbis: *Monam inſulam, cujus poſſeſſione revocatum Paullinum rebellione totius Britanniæ ſuprà memoravi, redigere in poteſtatem animo intendit. Sed vt in dubiis conſiliis naves deerant, ratio & conſtantia ducis transvexit: depoſitis omnibus ſarcinis, lectiſſimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi vſus, quo ſimul ſeque & arma, & eques regunt, ita repentè immiſit, vt obſtupefacti hoſtes qui claſſem, qui naves, qui mare expectabant, nihil arduum aut invictum crediderint ſic ad bellum venientibus. Ita petitâ pace, ac deditâ inſulâ, clarus ac magnus haberi Agricola.* Batavos fuiſſe, ars natandi indicat: quorum virtute jam iterum victoria Romanis quæſita. Sexto expeditionum anno, quum Caledoniam, quæ nunc Scotia eſt, Agricola armis deſtinaſſet; incolæ ejus regionis caſtra ad Glotam & Bodotriam diverſi maris æſtuaria, quibus Caledonia à reliquâ Britanniâ, id eſt ab Angliâ, ſeparabatur, oppugnare decreverant. *Itaque vniverſi nonam legionem, ut maximè invalidam, nocte aggreſſi inter ſomnum ac trepidatio-*

nem,

nem; cæſis vigilibus irrupêre. Iamq́; in ipſis caſtris pugnabant, cum Agricola iter hoſtium ab exploratoribus edoctus, & veſtigiis inſecutus, velociſſimos equitum, peditumq́; aſſultare tergis pugnantium jubet, mox ab univerſis adjici clamorem. & propinquâ luce fulsêre ſigna. ita ancipiti malo territi Britanni: & Romanis redit animus, ac ſecuri pro ſalute, de gloriâ certabant. vltrò quin etiam irrupêre. & fuit atrox in ipſis portarum anguſtiis prælium, donec pulſi hoſtes, vtroque exercitu certante, his vt tuliſſe opem, illis ne eguiſſe auxilio viderentur. quod niſi paludes & ſilvæ fugientes texiſſent, debellatum illâ victoriâ foret. Cujus conſtantiâ ac famâ ferox exercitus: nihil virtuti ſuæ invium, penetrandam Caledoniam, inveniendumq́ue tandem Britanniæ terminum continuo præliorum curſu, fremebant. Germanos fuiſſe *velociſſimos* iſtos *equites peditesq́;* docet Cæſaris conſimile exemplum, commentar. 8. de bel. Gallico. *Germanos,* inquit, *pedites ſummæ velocitatis omneis ad caſtra hoſtium præmittit.* Item aliud exemplum comment. 1. de eodem bello; vbi de equeſtri Arioviſti Germanorum regis prœlio loquens Cæſar: *Genus hoc erat pugnæ,* inquit, *quo ſe Germani exercuerant. Equitum millia erant VI. totidem numero pedites velociſſimi, ac fortiſſimi, quos ex omni copiâ ſinguli ſingulos, ſuæ ſalutis causâ, delegerant. cum his in præliis verſabantur: ad hos ſe equites recipiebant: hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſi qui, graviore vulnere accepto, equo deciderant, circumſiſtebant: ſi quò erat longiùs prodeundum, aut celeriùs recipiendum. tanta erat horum exercitatione celeritas, ut, jubis equorum ſublevati, curſum adæquarent.* Germanos igitur fuiſſe & iſtos Agricolæ *velociſſimos equites peditesq́ue*, haud dubitandum. Quia autem Germani; nulli alii quàm Batavi: quorum cohortes ad id temporis in Britanniâ. Et quamquàm & Tungri, & Vſipii etiam Germani in eodem fuêre exercitu; tamen quia Germanorum equitum præſtantiſſimos Batavos prædicant Plutarchus, & Dio Caſſius, ſuprà citati, hos eoſdem fuiſſe certum eſt. Ceterùm, *Sub* Domitiano.

octavo expeditionum anno, quum prœlium Agricola cum Galgaco committeret; *primo congreſſu eminus certabatur. ſimul conſtantiâ, ſimul arte Britanni, ingentibus gladiis & brevibus cetris, miſſilia noſtrorum vitare, vel excutere, atque ipſi magnam vim telorum ſuperfundere, donec Agricola tres Batavorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus eſt, vt rem ad mucrones ac manus adducerent. quod & ipſis vetuſtate militiæ exercitatum, & hoſtibus inhabile parva ſcuta & enormes gladios gerentibus. nam Britannorum gladij ſine mucrone complexum armorum, & in aperto pugnam non tolerabant. Igitur vt Batavi miſcere ictus, ferire vmbonibus, ora fœdare, & tractis qui in æquo obſtiterant, erigere in colles aciem cœpêre: ceteræ cohortes æmulatione & impetu commiſtæ proximos quoque cædere.* Heic quoque Batavorum virtus *vetuſtate militiæ exercitata*, hoſtem tandem fudit atque fugavit. Sub Trajano hinc imperatore quoque militaſſe eos, in maximis ejus expeditionibus, haud dubium.

Sub Adriano. Adrianus certè poſt cum in exercitu ſuo, vt ſuprà oſtendimus, ad Danubij ripam habuit. Sequentium imperatorum tempora, quum nullis ferè hiſtoriarum monumentis, niſi compendiariis, & admodum parcis notata ſint, Batavorũ quoque nominis pariter atque militiæ memoria penè intercidit. *Sub* Conſtantio. Ammianus tamen Marcellinus lib. 16. Iuliani Cæſaris, ſub Conſtantio imperatore, res in Galliâ geſtas perſcribens, *formidabilem Batavorum* in Argentoratenſi pugnâ memorat *manum*. Item lib. 20. *Batava auxilia* cum eodem Iuliano in Britanniam tranſiſſe refert. Et Zoſimus lib. 4. nonnulla de Batavorũ virtute ſub Valentiniano recenſet, cognitu haud indigna. Germani ſcilicet ingentibus nuper damnis à Iuliano Cæſare adfecti, ultionem & arma in Valentinianum imperatorem *Sub* Valentiniano. rapuerant. Primo prœlio victus Valentinianus, οὐ φυγῇ διέγνω τὸν κίνδυνον ἀποκλῖναι, ἀλλ' ἐνεγκὼν τὴν τύχην, διερευνᾶτο τοὺς τῶν ἐλαττωμάτων αἰτίους, οἵτινες ἦσαν οἱ τῆς φυγῆς ἄρξαντες. ἀναζητήσας δὲ σὺν ἀκριβείᾳ, καὶ τὸ τάγμα τῶν Βατάβων αἰτιασάμενος, ἐκέ-

ἐκέλευσε τὸ στρατόπεδον ἅπαν, ἀναλαβὸν τὴν πανοπλίαν, συνελθεῖν ὡς ἀκουσόμενον λόγων ὄφελος ἅπασι φερόντων κοινόν. τότε δὴ λόγοις ἐχρήσατο τοῖς τῆς φυγῆς ἄρξασιν αἰσχύνην εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐπάγουσι· καὶ τοὺς Βατάους προσέταξεν ἀποθεμένους τὰ ὅπλα, τοῖς τίμημα προσφέρουσιν, οἷα δραπέτας οἰκέτας ἐπ᾽ ἐξαγωγῇ δημοσίᾳ πωλεῖσθαι. τότε τοίνυν ἅπαντες ἐπὶ γῆν ἀνελετραμμένοι πρηνεῖς, ἐλιπάρουν πάσης ἐλευθερῶσαι τὸ στρατόπεδον τοιαύτης αἰσχύνης, ἄνδρες ὑπισχνούμενοι φανήσεσθαι τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ὀνόματος ἄξιοι. τοῦ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη τοῦτο ἔργῳ δειχθῆναι κελεύσαντος, τῆς γῆς ἀναστήσαντες ἑαυτοὺς, ὁπλισάμενοί τε ὃν ἔδει τρόπον, ἀνεμαχέσαντο. καὶ τοῦ χάρακος προελθόντες, τοσαύτην περὶ τὸν πόλεμον ἐπεδείξαντο προθυμίαν, ὥς τε ἐξ ἀπείρου πλήθους ὀλίγους εἰς τὰ οἰκεῖα τῶν βαρβάρων διασωθῆναι. ἡ μὲν οὖν πρὸς τὸ Γερμανικὸν ἅπαν μάχη ταύτης ἔτυχε τότε τοῦ τε-

.id eſt: *Non fugâ periculum declinare ſtatuit; ſed hoc caſu*
olerato animo, detrimenti accepti auctores perquirit, à qui-
ilicet initium fugæ factum fuerat. Quæſtione peraccuratè in-
ſ, quum legionem Batavorum ream peregiſſet: juſſit, ut uni-
s exercitus ſumtis armis conveniret, velut audituris militi-
a verba, quæ publicè cunctis eſſent uſui futura. Secundum hæc
bis uſus eſt, quæ auctoribus fugæ pudorem infamiamq; per om-
vitam irrogarent: juſſitq; Batavos armis exutos, pretium offe-
bus, veluti mancipia fugitiva, publicè abducendos aliò, dis-
um verò proni ad terram prolapſi omnes, ut exercitum peni-
modi dedecore liberaret, obſecrabant: ſimulq; futurū pollice-
ut viros ſe præſtarent, nomine Romano dignos. Quod quū
iceps ipsâ re declarari juſsiſſet, ubi de terrâ ſurrexiſsēt, ac ſe-
uſu armaſſent: pugnam redintegrabant: & extra vallum
ſſi, tam eo ſe bello ſtrenuè geſſerunt, ut de barbarorum infi-
nultitudine, pauci incolumes domum redierint. Ac bellum qui-
adversùs totam nationem Germanicam, hujusmodi tunc exi-
m habuit. Porrò noviſſimam Batavici nominis memoriam ſcripto proditam, reperio in libro Notitiarum utriusque imperij; ubi inter utriusque imperij palatinas vexillationes, & pa-

Sub Honorio. latina auxilia equites peditesque Batavi perſcribuntur, ad Honorii imperatoris tempora. Vnde, quia & Iulianus, & Valentinianus, & Honorius, poſteriores imperatores, Batavis uſi ſunt militibus; haud obſcurè colligitur, ſuperiores quoq; ad Adrianum retrò imperatores, eoſdem in exercitibus ſuis duxiſſe. Poſt Honorii mox ævum, nomen id amiſerit gens in inſulâ, in aliud vocabulum transmutando; an ipſa ſimul gens cum nomine exſtincta fuerit, in tantâ rerum & temporum obſcuritate difficile dictu eſt. Nomen tamẽ poſt hoc ævum, quamvis corruptũ, inſulæ manſit, quo *Batua*, ut ſupra retulimus, dicta fuit: unde nũc parti etiam nomen **Betow**, ſive **Betuwe**. De Francis, Saliis, Saxonibus, Quadis, Wiltis, & aliis populis, quorum alii aliis temporibus Batavorum agros occuparunt, ſuo loco fuſiùs dicetur. Ceterùm quanto in pretio, quantaque exiſtimatione Bavi Romanis fuerint, quamvis ex iis, quæ hactenus allata, ſatis intellectum ſit; tamen ex Taciti Hiſtor. lib. 1. quàm maximè perſpicitur: *Iulius*, inquit, *deinde Civilis* (in ſupplicium ab exercitu flagitatus) *periculo exemtus, præpotens inter Batavos; ne ſupplicio ejus ferox gens alienaretur*. Hactenus remotiorem Batavorum vetuſtatem curatiùs inveſtigaſſe, promiſſumque officium, quod ingentibus hujus terræ meritis debuimus, gnaviter exſolviſſe haud pœnitet. Nunc Friſiorum quoque, contermine gentis, fines expediantur.

De Friſiorum finibus, item de falſis Friſiabonum, Chaucorum, Sturiorum, ſive Tuſiorum vocabulis.

CAPVT XXI.

DVos Rheni alveos, duoque ejus oſtia, & binos quondam accolenteis populos Galliæ, Toxandros atque Batavos, ſatis diligẽti, uti nobis videmur, labore hactenus deſcripſimus. Nunc trajecto Galliæ Germaniæque termino, medio Rheno, ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

tertium quoque alveum oſtiumque, ac nationes accolenteis perſcrutari cura eſt. Tertius igitur alveus eſt Iſela, in quē Druſus Germanicus Rheni partem, perfoſſam à ſe factam, deduxit. Iſelam autem & lacum, in quem Iſela effunditur, accoluerunt olim utrimque Friſiorum populi. de quibus proximus nobis ſermo eſt inſtituendus. Tacitus in libro de Germ. *Proximi Cattis*, inquit, *certum jam alveo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat, Vſipij ac Tencteri colunt*. Et paullo poſt. *Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebāt: nunc Chamavos & Angrivarios immigraſſe narratur, pulſis Bructeris, ac penitus exciſis*. Et mox: *Angrivarios & Chamavos à tergo Dulgibini, ac Chaſuari cludunt, aliæq; gentes haut perinde memoratæ. à fronte Friſij excipiunt. Majoribus minoribusq; Friſiis vocabulum eſt, ex modo virium. utræque nationes usque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntq; immēſos inſuper lacus*. Cattos eſſe nunc Heſſos atque Turingos; item Vſipios & Tencteros, nūc Weſtfalos, & Montanenſeis, & Clivēſium partem trans Rhenum; & item Bructeros, nunc Drentanos, Tuentanos, & Trāsiſelanos, alibi latiùs docebitur. Nunc Friſiorum fines deſignādi ſunt. Angrivarios igitur & Chamavos, ſive quos hi exciderunt Bructeros, *à fronte Friſij excipiunt*. Horum terminum ab ortu ſolis brumalis quo ab illis diſcernebantur, conſtituo lineam ab opido Velaviæ **Hattem**/ ad lacū, in quē Amiſiæ flumen, antequàm Oceano miſceatur, effunditur, ductā. In de ab ortu ſolis æſtivi, flumine Amiſiâ, à Chaucis diſterminabātur: à ſeptemtrione & occaſu ſolis Oceano clauſi. à meridie medio Rheni alveo, termino inter Galliam & Germaniam à Batavis ſubmotos fuiſſe, ſatis jam ante ſuperque demonſtratum eſt. Lineâ autem à Rheno, quà Duroſtadium eſt opidum, ad opidum **Hattem** & Iſelam amnem actâ, à Marſacis, ſive, ut Plinius vocat, Marſatiis, ſeparabantur; quos conterminos fuiſſe Friſiis mox infra oſtendetur. Ratio autem, cur iſtum limitem inter utrosq; conſtituam, hęc eſt. primùm quia Marſaçi, ut mox demonſtrabitur, gens fuēre parva; tum quia

Tertius Rheni alveus eſt Iſela.

Agri Friſiorum certa circumſcriptio.

hac ratione Taciti verba maximè conſtabunt; qui *ambire* Friſios *immenſos lacus* teſtatur: quorũ maximus nũc vulgò Zuyderzee nuncupatur. *Majoribus*, inquit, *minoribusq́ Friſijs vocabulum eſt, ex modo virium. utræque nationes uſque ad Oceanum Rheno prætexuntur; ambiuntq́ immenſos inſuper lacus, & Romanis claſsibus navigatos.* Hæc verba *Rheno prætexuntur*, Had. Iunius ad Iſelam flumen refert; quia Friſij ad utramque Iſelæ ripam incolebant. Verùm Iſelam Tacito nunquã Rheni nomine appellatum, mox infra demonſtrabitur. Neque verò vim verbi *prætexere* rectè utrique fluminis ripæ applicueris. Tacitus eod. libro de Germ. *Eaq́ Germaniæ*, inquit, *velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur.* Scilicet de Nariſcorum, Marcomannorum, Quadorumque finibus loquitur; qui in lævâ tantùm Danubij ripâ erant: Danubius verò Germaniæ terminus Tacito. Itaq; malim Taciti verba ſuperiora de Friſiis ſic interpreteris, uti utræque nationes ad Rhenum pertinuiſſe intelligas. Terminum autem ſtatuendum cenſeo, qui aptiſſimus videtur inter utroſque, Vechtam flumen; ſi id fortè jam tum fuerit uti ex Plinio, complureis heic ſtatuente inſulas, conjicitur. Hac quidpe ratione utræque nationes ad Oceanum ſimul erunt, & utræque Rheno prætextæ. Cui autem parti *Majorum*, cui item *Minorum* vocabulum fuerit, haud facilè dixerim: etenim *ex modo virium*, ait auctor noſter. Si modus virium fuit ex ſpatio agrorum; certè qui ad ortum verſùs, ultra Vechtam lacumque incoluerunt, meritò *Majores* dicendi ſunt: alteri verò inter lacum Rhenumque, *Minores*. At hæc lubrica eſt divinatio. crebrum quidpe hoc, atque frequens eſt, uti minore ſpatio multò numeroſiores, validioreſque contineantur populi, quàm alibi multò majore. Sed haud immeritò aliquis arguat, iniquè me facere quòd hac Friſiorum, Marſatiorumque diſtributione, eas nationes excludam, quas Plinius diſertis verbis heic collocat. Nam lib. 4. c. 12. *In Rheno*, inquit, *ipſo propè C. M. paſs. in longitudinem nobiliſsima Batavorum inſula & Caninefatum, & aliæ*

Friſiorum qui Maiores; qui item Minores.

Friſio-

Friſiorum, Cauthorum, Friſiabonum, Sturiorum, Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium & Flevũ. Sanè ad hæc quid reſpondeã, vix ſatis in expedito habeo. Dicam tamen liberè & audacter, quid ſentiam. Nempe locus mihi Plinij prorſus ſuſpectus eſt. *Plinij locus corruptus.* vereorque ne vera ejus ſcriptura ab imperito librario (& quid mirum, aut novum?) fœdè depravata, ac corrupta ſit. Ac primũ *Cauchorum nomen heic falſum.* de Cauchis; quis, malùm, adeó comminuti exceſique eſt cerebri, qui rectè eorum nomen heic legi credat. Quidpe non modò ultra omneis Rheni alveos, ſed Amiſiam etiam amnem, in ſeptemtriones versùs redeunte Germaniâ, collocantur à Tacito. Plinius etiam in Ingævonum gente, quæ ad ſeptemtriones tota ſpectat: quum Rheno proximos Iſtævones appellet. Malè igitur hoc loco, ac parum ex Plinij fide auctoritateque legitur Cauchorum vocabulum. Ego equidem vehementer ſuſpicor, imperitum aliquem, aut librarium, aut interpretem, quum obſcura eſſet ſcriptura, ac ferè omnis exoleta, in proximam ſimilitudinem repoſuiſſe literas. utique quum inſulas ante Cauchorum litora inter Amiſiæ Viſurgisque oſtia ſtratas videret; quò ipſe, omnis geographiæ ignarus, Rheni alveum ſeptemtrionalem, Heliumque oſtium antiquitùs pertinuiſſe ſuſpicatus eſt. Nec verò eſt, quod Iunius atque Ortelius, & ſi qui alij ejuſdem ſententiæ geographi, hoc loco vocabulum Cauchorum terram **Goeylant** explicare velint, quæ lacui adjecta duo opida ſuſtinet, **Muyden** ac **Naerden.** Namque heic Cauchi ſi qui fuiſſent, certè Tacitus, multus, ſedulusque, ac diligens in hiſtoriis, Plinij etiam tempore, rerum geſtarum narrator, vel leviter eos indicaſſet. Plinius etiã ipſe, accuratus geographus, gentem tam obſcuram (cui namque prætereà memorati hoc tractu Cauchi?) ab illâ nobiliſſimâ vel uno verbo diſcreviſſet. ſolet quidpe, ubi unum idemque nomen duobus locis impoſitum, diligens diſcernere. Quas ob res omninò mihi veriſimele haud ſit, Plinium heic Cauchorum nomen locaſſe. At quàm inepti illi ſint, qui Cauchos iſtos **Cadſant** in-

pretantur Flandriæ partem juxta opidum **Sluys**; item qui **Walcheren** inſulam, propè, ut illi ajunt, Middelburgum; judicent ii, qui Helium oſtium idem eſſe Moſæ exploratum habēt. In eâdem ratione eſt *Sturiorum* vocabulum, quod plerique noſtrorum geographorum **Staveren** opidum Friſiæ interpretantur: quum tamē id ultra Flevum oſtium, extremumq́ue Rheni alveum ſitum, Niſi fortè eum Iſelæ antiquum alveum fuiſſe credas, qui opidū **Sloten** alluens, primùm **Take Zijl** vulgari vocabulo appellatur; dein, ubi in lacus diffunditur, **Flupsing** dictus, mox juxta pagum **Mackum** in lacū **Zuyderzee** redditur. Atque in hanc equidem opinionem vocabulum te inducere poterat **Flupsing**, quaſi id à Flevo etiam nunc duret. Verùm hac de re alij viderint. mihi ſanè heic fides temerè nulla. Nam hoc ſi concederetur, inſula Flevo, quam tertium illum Rheni alveum amplexum tradit Pomp. Mela, ritè heic conſtitui nullo modò poſſet; quod infra in deſcriptione inſulæ patebit. Iunius abſurdum eſſe quum animadverteret, trās ultimum Rhenum Sturios Plinij ſtatuere; vocabuli alluſionem ex more ſuo ſectans, vocem *Sturiorum* transmutare haud dubitavit in *Tuſiorū* (quòd quædā habent exemplaria) nomē: cujus veſtigia etiam nunc exſtare contendit in pago ſeptemtrionalis Hollandiæ **Opertoes**/haud procul opido **Medenblick.** Verùm hunc manifeſti erroris coarguit Tacitus, *utrasque Friſiorum nationes usque ad Oceanum Rheno prætexi, ambireq́ immenſos inſuper lacus*, adfirmans. quidpe ſi lacus Friſij ad Rhenum usque & Oceanū ambiunt, certè Tuſiis iſtis nullus hic datur locus. At qui tandem ſunt tertii illi Friſiabones? quos nimis immaturo judicio quidem in Selandiæ inſulâ **Zuytbevelant** locarunt; quaſi huc etiam Plinii Rhenus extendatur. O egregios geographos! quos haud immeritò, neque indignè in ſummorum noſtri ſeculi geographorum numerum adſeras. Sed de hoc etiam nomine judiciū expedire liceat. Sanè, aut ego vehementiſſimè fallor, aut hoc

Sturiorum vocabulum falſum.

Friſiabonū vocabulum falſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

quoque vocabulum corruptum eſt. Quis enim præter Plinium agnoſcit *Friſiabones*? Prorſus nemo. Ac Tacitus, qui ſub Veſpaſiani imperii initium, quum Civiſis rebellaret, multa de Batavis, Caninefatibus, Marſacis, Friſijs, Cauchis, Bructeris, Tencteris, Vſipijs, Mattiacis, Gugernis, quàm accuratiſſinè Hiſtor. 4. & 5. perſcripſit, de Friſiabonibus iſtis haud quidquam addidit. quod ſanè, ſi fuiſſent, ſine dubio facturus. Neque verò ſoli Friſiabones hujus rebellionis expertes eſſe potuerũt, quũ omnes circùm nationes unanimi conſenſu arma in Romanos ſumſiſſent. Hoc autem tempore Plinius opus ſuum condidit; vel paullo anté. nam Veſpaſiano dedicavit. Quòd ſi verò ante hanc tempeſtatẽ eos fuiſſe ſuſpiceris; certè Tacitus, qui abusq; Tiberio multas in his oris res geſtas refert, utique de Friſijs frequenter, vel ſemel in eorũm incidiſſet mentionem, ſi ulli exſtitiſſent. Atqui Friſios ille in *Majores* ſolummodò, ac *Minores* diſtinguit, tertium genus nullum prorſus agnoſcens. Quodcunqne igitur nomen hîc volueris adfingere, certus ille omninò excludere. Nec tamen neſcius ſum, bis Friſiabonum nomẽ apud Plinium legi; ſemel citato paullo antè loco, ubi Rheni inſulas deſcribit: & iterum eod. libro, cap. 16. ubi Galliæ Belgicæ populos enumerat. Verùm hic ipſe locus ſatis apertè mẽdoſam vocem prodit. Quid enim Friſiorum, aut ab his deductũ Friſiabouum vocabulum cis omneis pariter Rheni alveos in mediâ ferè Belgicâ? Hinc ſaltem exterminandum ne neges. De Transrhenanis Friſiabonibus probaturus nonnihil videbatur nuper amicus noſter Petrus Scriverius, in Antiquitatibus ſuis Batavicis, ex lapide quodam veteri, qui Romæ exſtat inſcriptione hujusmodi:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

D. M.
T. Fl. Verino Nat
Friſaevone. Vix. ann.
xx. M. vII. T. F. Victor
Eq. Sing. Aug. fratri
Dulciſsimo
F. C.

Verùm huic ego lapidi oppono ejusdem Scriverii alium lapidem, qui Interamnæ ejusmodi habet inſcriptionem:

Hilarus
Neronis. Cæſaris
Corpore. Cuſtos
Natione. Friſæo
Vix. A. xxxIII.

In hoc igitur poſteriore lapide rectus caſus eſt *Friſæo* : à quo obliquus *Friſæone*, adeò parum differt ab illo *Friſævone*, vti nemini dubium eſſe poſſit, quin idem nomen, eandemq́ue nationem vterque ſignificet. Et quid mirum, ſi imperitus ſtatuarius, male orthographiâ obſervatâ, *Friſævone* ſcripſit, ꝑ *Friſæone*; quum hodiè non modò in Latinâ, ſed in ſuâ quisq; vernaculâ linguâ frequentiſſimi peccent. Quid item mirum, ſi *Friſæones* plebi Romanæ dicti fuêre, qui poſteà Sigeberto *Friſones*, & nunc etiam Hiſpanis *Friſones*, & Gallis *Friſons*, Italis verò *Friſoni*? quum ipſa gens nunc etiam Germanis dicatur **die Frieſen** multitudinis numero. Sic ſcilicet **die Saxen** dicti fuêre *Saxones*; & **die Francken** eodem modo *Francones*. Quapropter ex iſto lapide nihil certi ſtatuendum atbitror. Omninò autem, vt antè dixi, corruptum eſſe locum exiſtimo: legendumq́ue; *In ipſo Rheno propè centum millia*

paſ-

paſſuum in longitudinem nobiliſſima Batavorum inſula & Caninefatum, & aliæ Friſiorum majorum, Friſiorum minorum, Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium & Flevum: Ceterùm opida nunc ſternuntur in veterum Friſiorum ſolo, ex Hollandiâ **Amſterdam/Haerlem/Alckmaer/Hoorn/Enckhuyſen/Medenblick/Edam/Monickedam/Purmerent/Weſop/Muyden/Naerden**; item Lugdunenſis & Trajectinæ urbiũ partes Transrhenanæ: ex Trajectino verò agro **Amerſfoort**; ex Velaviâ, Geldriæ parte **Harderwijck** & **Elburg**: ex Tranſiſelanâ regione **Campē/Zwol/Haſſelt/Gelmuyden/Vollenhove/Steenwijck**: ex Friſiâ **Liewerden/Dockum/Franicker/Harlinghen/Staveren/Bolſwaert/Schneeck/Ylſt/Sloten**: ex Groeningenſi agro ipſa Groeninga. Sed notandus heic in Friſiorum finibus deſcribendis quorundam haud levis eſt error; qui Menapios, Galliæ Belgicæ populum, trans Rhenum Amſterodamum usque deducunt; dictæque urbis ſolum non Friſiorum (quod nos) ſed Menapiorum quondam fuiſſe contendunt; Strabonis videlicet verbis, quæ ſunt lib. 4. perſuaſi. Τρηουΐροις δὲ, inquit ille, συνεχεῖς Νερουΐοι, καὶ τοῦτο Γερμανικὸν ἔθνος· τελευταῖοι δὲ Μενάπιοι, τῶν ἐκβολῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κατοικοῦντες ἕλη καὶ δρυμοὺς, οὐχ ὑψιλῆς, ἀλλὰ πικνῆς ὕλης καὶ ἀκανθώδους. id eſt: *Treviris contermini ſunt Nervij, & ipſi Germanica gens. vltimi autem ſunt Menapij ex vtroque latere oſtiorum fluminis* (Rheni) *accolentes paludeis atque ſaltus, non altarum, ſed denſarum ſpinoſarumq; arborum.* Verùm ex vno auctore, ceteris omiſſis, vel non admiſſis, terrę alicuius ſitum velle deſcribere, quàm ineptum, imperitumque ſit, ſupra notavimus. Quapropter hos quoque geographos haud immeritò culpemus, quòd unâ Strabonis, Græci hominis auctoritate probatâ, reliquorum auctorum fidem aſpernentur. Quidpe ex Cæſare, Tacito, Plinio, alijsque auctoribus quum ſatis clarè Batavorum agrum inter Moſam Rhenumque amneis cognovimus; quî credamus

Plinii locus reſtitutus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Menapiorum fineis, qui Moſâ flumine à Batavis diſterminā-bantur, tam longo intervallo, poſt Batavos tandem, Canine-fateisque trans Rhenū reſurrexiſſe, Amſterodamum usque extenſos? Certè ineptiſſimum hoc fuerit: Tacito verò, Romano homini, Galliæ Belgicæ procuratori, maximè contrarium. hic quidpe harum regionum, quibus præerat, minimè ignarus, *utrasque* Friſiorum teſtatur *nationes*, majorum, minorumque *ad Oceanum Rheno prætextas* fuiſſe; *ambiſſeq́; immenſos inſuper lacus*, quorum nunc maximus **Zuyder-zee** appellatur. reliqui in Hollandiâ ſeptemtrionali Amſterodamum, Harlemum, Alcomariam, Purmerentium, & Beverovicum perfundunt. Sed magnam debere, ajunt, eſſe auctoritatem Strabonis, magni geographi. Haud equidem nego; imò maximam agnoſco: videlicet in propinquioribus illi regionibus. In Germaniâ autem, remotiore terrâ ſi vera hæc de Menapiis narrare eum me credere velis; & invicem ego credere te poſtulem, vera eundem tradere de Lupiâ amne, quem nō in Rhenum, ſed unà cum Amiſiâ ac Viſurgi, in Oceanum influere tradit lib. 7. & item de Bojorum ſede, jugis montium, ſilvisque cinctâ (Bojohæmia nunc eſt) quam prope fonteis Danubii collocat. Hęc (ne plura adducam) quum manifeſtò falſa ſint; in Menapiorū finibus deſignādis errare eum haud potuiſſe, quî credam? Aſt alia opponitur magni auctoris maxima auctoritas, C. Iul. Cæſaris; qui Gallici belli comment. 4. Menapios *ad utramque ripam fluminis* Rheni *agros, ædificia, vicosq́; habuiſſe* teſtatur. Hoc equidem agnoſco: neque ignoro Strabonē pleraq; (quod alibi fuſiùs patebit) de Gallis ex Cæſaris commentariis ad verbum trāſcripſiſſe. Verùm idē ego Strabonē hoc in loco Cęſaris verba ſatis ꝑcepiſſe nego. De Vſipetib. ac Tenchtheris, Germanis Transrhenanis, Cæſari ſermo eſt hujusmodi: *In eádem cauſſâ fuerūt Vſipetes & Tenchtheri, quos ſupra diximus; qui cōplureis annos Suevorum vim ſuſtinuerunt. ad extremū tamen agris expulſi, & multis locis Germaniæ*

trien-

triennium vagati, ad Rhenum pervenerunt: quas regiones Menapii incolebant, & ad utramque ripam fluminis agros, ædificia, vicosq́ habebant. Sed tantæ multitudinis adventu perterriti, ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant, demigraverunt: & cis Rhenum diſpoſitis præſidiis Germanos tranſire prohibebant. illi, omnia experti, qum neque vi contendere, propter inopiam navium; neque clam tranſire propter cuſtodias Menapiorum poſſent; reverti ſe in ſuas ſedeis, regionesq́ ſimulaverunt. & tridui viam progreſſi, rurſus reverterunt: atque omni hoc itinere unâ nocte, equitatu confecto, inſcios inopinanteisq́ Menapios oppreſſerunt; qui de Germanorum diſceſſu per exploratores certiores facti, ſine metu trans Rhenum in ſuos vicos remigraverant. his interfectis, navibusq́ eorum occupatis, priusquàm ea pars Menapiorum, quæ citra Rhenum erat, certior fieret, flumen tranſierunt; atque omnibus eorum ædificiis occupatis, reliquam partem hiemis ſe eorum copiis aluerunt. Ex his ſcil. verbis Strabo haud dubiè deſumſit iſta: τελευταῖοι δ᾽ εἰσὶ Μενάπιοι, τῶν ἐκβολῶν ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κατοικοῦντες ἕλη καὶ δρυμούς. i.e. *Vltimi ſunt Menapii, ex utroque oſtiorum fluminis latere paludeis accolentes, atque ſaltus.* At quæro ego; ſi utramque Rheni ripam ad oſtia usque coluerunt Menapii; ubi igitur Batavorum ingens inſula, Cæſari etiam memorata? *quam mare Oceanum à fronte*, ut inquit Tacitus Hiſtor. 4. *Rhenus amnis tergum, ac latera circumluit*, ubi eorundem *agri in ripâ Galliæ*, inter Vahalem & Moſam? Quæro item; ſi hæc τῶν Μεναπίων ἕλη, id eſt, *paludes Menapiorum*, ſunt lacus (ut illi perperam interpretantur) nunc circa Amſterodamum; quî Tenchtheri, Vſipetesque Germani *tridui viam unâ nocte conficere, inſcios, inopinanteisq́ Menapios opprimere, hisq́ interfectis, navibusq́ eorum occupatis, priusquàm ea pars Menapiorum, quæ citra Rhenum erat, certior fieret, flumen transſire* potuerunt? Etenim & amnes complures obſtabant haud modici, & *lacus inſuper immenſi*. Tenchtheros, Vſipetasque ſupra Batavorum inſulam Rhenum uno alveo fluentem transmiſiſſe, illicque Menapios *utramque ri-*

pam fluminis habuiſſe, alibi ſatis idoneis demonſtrabitur argumentis. In præſens Strabonem hoc argumēto ignarum harum regionum convincere ſufficit; quòd neque de *ingenti, nobiliſſimâque* Batavorum inſulâ, neque de reliquo eorum agro, neque de nomine quidem quidquam refert. Nam quòd Βάτlων corruptam mendoſamque vocem quidam in Βαταύων vocabulum corrigere voluerunt; id falſò, ignoranterque factum ſupra notatum eſt: legendumque illic Χάτlων. Maneant igitur firmi atque ſtabiles veterum Friſiorum limites, ſupra nobis deſignati: Amſterodamumque non Menapiorum, ſed Friſiorum ſolo ſuperſtructum credatur.

De Nabaliâ flumine, nunc Iſelâ; quod nunquàm à Tacito Rheni nomine adpellatum.

CAPUT XXII.

SEd uti rectè Friſiorum majorum, ac Friſiorum minorum; Marſatiorumque inſulas in Rheno indicare poſſimus, ipſe lacus, qui nunc vulgari nomine appellatur **de Zuyderzee**/id eſt, mare auſtrinum, ante exponendus erit. De hoc Pomponius Mela lib. 3. *Rhenus*, inquit, *ab Alpibus decidens, propè à capite duos lacus efficit Venetum & Acronium: mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur. ſed ad ſiniſtram amnis etiam tum, & donec effluat Rhenus; ad dextram primò anguſtus, & ſui ſimilis, poſt ripis longè ac latè recedentibus, jam non amnis, ſed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur; ejusdemq; nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterumq; fluvius emittitur.* Hunc igitur lacum ab initio nullum fuiſſe conjicio; quidpe qui *Campos impleviſſe* dicatur. quod etiam undarum altitudo admodum heic exigua atque brevis, apertè indicat. neque enim lacuum fundos rectè campos appellaveris. At aridam, ſive (ſi id malis) paluſtrem humum certū Iſelæ flumini præbuiſſe alveum judico, donec id Oceano immer-

Iſelæ fluminis deſcriptio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

immergeretur. Alvei autem tractum hunc fuiſſe puto. Exoritur flumen haud procul arce **Lymbeeck** in Veſtfaliâ; & modica opida **Rijngenberg / Iſelburg/ Anholt / Dotechum/ Doeſburg** / & **Zutphen** (nullis hactenus à ſiniſtrâ ripâ receptis aquis) duasque præclaras urbeis **Deventer** & **Campen** prætervectus, lacui mox immergitur hoc noſtro ſeculo: antiquitùs autem abhinc etiam certo alveo, inter inſulam **Ens** & proximum Friſiorum litus, versùs **Staveren** Friſiorum nunc opidum, ferebatur. Hinc itidem certo alveo inter bina brevia, quorum altera ad dextram Friſio litori objacent, altera ad ſiniſtram, vulgò nunc **Het Breeſant** dicuntur, versùs ſeptemtriones Oceanum invehebatur, per oſtium quod poſtmodū *Flevum*, ſeu *Fleum* Romanis dictum; nunc vulgò accolis **Het Vlie.** Nomen fluminis antiquum omneis, qui ante nos terras has deſcripſerunt, latitaſſe video. Itaque hoc loco aperuiſſe, laboris ſanè pretium fuerit. *Nabal* certè genuinum fuit accolis Germanis fluminis vocabulum. Id poſteà ad Rom. linguam flectens Tacitus *Nabaliam*, appellavit. Verba auctoris (video quidpe à doctiſſimis etiam viris in controverſum vocari) ipſa inſpiciamus. Libro Hiſtor. 5. ubi Civilis Batavi rebellionem attentiùs peragit; *Civilem*, inquit, *cupido inceßit navalem aciem oſtentandi.* Et paullo poſt: *Spatium velut æquoris captum, ubi Moſæ fluminis os amnem Rhenū Oceano affundit.* Moxque infra: *Is* (Cerialis dux Romani exercitus) *flumine ſecundo, illi vento agebantur. Sic prævecti tentato telorum jactu, dirimuntur. Civilis nihil ultra auſus, trans Rhenum conceßit. Cerialis inſulam Batavorum hoſtiliter populatus.* paullo pòſt: *Cerialis per occultos nuntios, Batavis pacem, Civili veniam oſtentans, Velledam, propinquosq́; monebat, fortunam belli tot cladibus adverſam, opportuno erga populum Rom. merito mutare. Cæſos Treveros, receptos Vbios, ereptam Batavis patriam.* Haud multo poſt adjicit auctor Batavorum ad pacem inclinationē. cui ſubjicit; *Non feſlleit Civilem ea inclinatio: & prævenire ſtatuit.* Et mox: *Petito colloquio,*

Iſela flumen antea Nabalia dictū.

ſcinditur Nabaliæ fluminis pons. in cujus abrupta progreſſi duces, Cilis ita cœpit. Si apud Vitellii legatum; & cetera, quæ ſequuntur. Heic Lipſius (magnus certè in omni antiquitate Romanâ, ſi unam geographiam excipias, & incomparabilis vir) item Beatus Rhenanus, loco *Nabaliæ*, malunt legere *Vahalis*; magno errore contra filum hiſtoriæ, quum *Nabaliæ* nomen prorſus eis incognitum. Qui error facilis diſcuſſu eſt. Namque ſi Civilis poſt tentatam in Moſæ fluminis ore pugnam, trans Rhenum conceſſit; quomodò mox poſteà ad Vahalem amnem colloquium à duce Romano petiit? Rediſſe eum ad Vahalem, poſtquàm Cerialis Batavorum inſulam depopulatus, haud ſatis feliciter conjeceris: quum neque Tacitus, accuratiſſimus alioquin, minutarum etiam rerum ſcriptor, id indicet; neque ipſa patiatur ratio. Etenim ſi in dextrâ amnis ripâ Civilis conſtitit, ubi colloquium petiit; ante Cerialem ex inſulâ in ſiniſtram tranſiſſe neceſſe eſt. Quod tamen Tacitus haud memorat. contra verò *ereptam Batavis patriam*, etiam tùm, quũ colloquium peteretur, oſtẽdit. Si Civilis in ſiniſtrâ; miror quâ audaciâ, imò temeritate, poſt abalienatos ab ſe popularium animos, deſertus ac relictus, ſolus ex tutiſſimis Germaniæ finibus in infeſtum ſibi Galliæ ſolum transgredi auſus ſit. Sed falſum hoc, & à conſilio Civilis, quem *ingenio ſollertẽ* tradit auctor, maximé remotum. In Germaniæ ſolo trans Rhenum conſtitiſſe hominem certum eſt. Idque ſatis perſpexit Marlianus; qui quamvis verum flumen ignoraſſe videatur, tamen *trans Rhenum, Gelrenſem, & Friſium agrum alluens* id facit. Friſiæ vocabulo heic equidem uſus eſt, ut vulgariter omneis externos, regiones iſtas, Zutfaniæ ſcilicet comitatum, & Tranſiſelanam, Friſiæ nomine hodieque complecti videmus. Sed cur ultra Iſelam usque Civilis fugit? An non trans medium Rheni alveum conſtitiſſe ſatis tutum erat? Minimè. medium Rhenum ipſe abegerat: quo *abacto tenuis alveus continentium terrarum ſpeciem fecerat*: qui Cerialem, inſulam obtinentem, morari minimè poterat, quin infeſtis

feſtis

feſſis armis Civilem expeditus peteret. Ex his igitur jam certum, extraque controverſiam ſit, Iſelam flumen olim *Nabaliam* dictum fuiſſe. Quod Ptolemæi quoque geographia comprobare videtur. quidpe opidum habet *Navaliam*, ſeptemtrionali Rheni alveo (qui eſt Iſela) adpoſitum. quod perperam imperitorum vulgus *Navalia* multitudinis numero, quaſi à navibus appellandum ſtatuunt; interpretanturque nunc opidum **Campen**/ litori dicti lacus adpoſitum. Nec animadvertunt iſti, in mediterraneis, haud puſillùm recedēte litore, à Ptolemæo id collocari, eodem ſitu quo nunc **Deventer** opidum conſpicitur. *Navalia* autem dictum Ptolemæo, opidum, cujus cognomine flumen *Nabalia* Tacito, eádem dialecti ratione, quâ nunc etiam **Nabel** dicunt inferiores Germani ac Saxones umbilicum, quem ceteri Germani **Nabel** vocitant. cujus generis alia ſexcenta ex linguâ Germanorum proferre licet. At notandus eſt hoc loco Ortelii error; qui in tabulis ſuis geographicis, quarum alterâ Germaniæ, alterâ Belgii veteris typos exhibuit, Iſelam putavit eſſe *Aliſonem* Dionis. In quo bis infelix geographus lapſus eſt. primùm, quòd hæc Taciti verba de Nabaliâ non percepit: tum, quod illa de Aliſone non adſequutus. de quo ſuo loco latiùs agetur. Nunc Iunius quoque erroris vel maximi convincendus eſt: qui, uti errorem alterum de Bataviæ ſuæ finibus ex Tacito probaret, Iſelam Rheni nomine illi perpetuò nuncupatum, medium autem alveum ſilentio ſuppreſſum adfirmat. Tacitus certè licet crebras, ex ſuperiore Rheni parte, in lacus navigationes commemoret; tamen Iſelæ amni nomen haud unquàm adpoſuit, niſi hoc ipſum *Nabaliæ*; idque uno loco, modò citato. Taciti loca, in quibus hujus fluminis navigationum meminit, cuncta in medium adducere conſilium eſt; ne cui in Iunii ſententiam propenſiori, dubitatio aliqua inhærere queat. Libro Annal. 1. quū Germanicus Cæſar expeditionem faceret in Cheruſcos; *Et ne bellum*, inquit, *mole unâ ingrueret, Cæcinam cum quadraginta cohortibus Roma-*

Argumenta ſeu teſtimonia, quibus probatur Iſelam Tacito numquā Rheni vocabulo adpellatum.

nis diſtrahendo hoſti per Bructeros ad flumen Amiſiam mittit. Equitem Pædo præfectus finibus Friſiorum ducit. ipſe impoſitas navibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulque pedes, claſſis, apud prædictum amnem convenêre. Romanorum exercitus erant ad Rhenum in hibernis, ad Vetera, & Aram Vbiorum; uti paullo antè retulit auctor eodē libro. Inde igitur profectum Germanicum Cæſarem *impoſitas navibus quatuor legiones, per lacus vexiſſe* tradit: nec tamen de Druſi foſsâ quidquam, neque de Nabaliâ flumine, ſive tertio Rheni alveo meminit; quum certum ſit nullo alio alveo in lacum Germanicum deſcendiſſe. Mox infra, quum Germanicus ab Cheruſcorum bello reverteretur; *Mox reducto*, inquit auctor, *ad Amiſiam exercitu, legiones claſſe, ut advexerat, reportat. Pars equitum, litore Oceani, petere Rhenum juſſa.* Per lacus advexerat Germanicus; ergò per lacus reportavit. At quòd *pars equitum Rhenum petere juſſa*; ſanè non de Nabaliâ, ſive Iſelâ intelligēdum; ſed de ſuperiore Rheni parte, ubi Vetera, & Ara Vbiorum, quò exercitus reducendus erat. Iterum Tacitus paullo infra, eâdem hiſtoriâ; *At Germanicus*, inquit, *legionum, quas navibus vexerat, ſecundam & quartamdecimam itinere terreſtri Publ. Vitellio ducendas tradit, quò levior claſſis vadoſo mari innaret, vel reciproco ſideret.* Inde auctor luctationem legionum cum Oceani æſtibus narrat: ſubjicitque tandem; *lux reddidit terram. penetratumq; ad amnē Viſurgim* (lego *Vidrum*; quæ lectio infra adſeretur) *quò Cæſar claſſe contenderat. impoſitæ deinde legiones, vagante famâ ſubmerſas. nec fides ſalutis, antequàm Cæſarem exercitumq; reducem vidêre*; milites in hibernis relicti. At accuratiùs Annal. 2. ſecundam in Cheruſcos referens expeditionem Germanici, & Druſianæ foſſæ, & lacuum navigationem memorat auctor: nec tamē usquàm Rheni nomē in Iſelâ. Verba ejus hæc ſunt: *Iamq; claſſis advenerat* (à Batavorum inſulâ, ubi fabricata) *foſſam, cui Druſianæ nomen, ingreſſus, precatusq; Druſum patrem, ut ſe eadem auſum libens placatusq; exemplo, ac memoriâ conſiliorum atq; operum*

rum

rum juraret. lacus inde ac Oceanum usque ad Amiſiam flumen ſecundâ navigatione pervehitur. Annal. 4. Friſios rebellanteis caſtellum Flevũ obſediſſe narrat; ſubjicitque. *Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori cognitum, vexilla legionum è ſuperiori provinciâ* (à Magontiaco) *peditumq́ & equitum auxiliarium delectos accivit, ac ſimul utrumque exercitum Rheno devectum Friſiis intulit.* Heicquoque Rheni nomen, non Druſianæ foſſæ, nec Iſelæ, quãvis illac claſſis meaverit, ſed ſuperiori parti, quæ ab hibernis ad divortium usque protenditur, tributum exiſtimes. Clariùs autẽ Annal. 11. ubi Chauci, duce Gannaſco Caninefate, inferiorem Germaniam, levibus navigiis prædabundi incurſavêre; *Corbulo triremes alveo Rheni, ceteras navium, ut quæque habiles, per æſtuaria & foſſas adegit, lintribusq́ hoſtium depreſſis,* Gannaſcum exturbavit. Medium Rheni alveum, qui Lugdunum delatus, nomen etiamnunc obtinet, heic intelligi haud dubium eſt. quidpe ſi Iſelam voluiſſet auctor, certè lacuum quoque meminiſſet, ut ſolet. Æſtuaria autem & foſſas intelligit, quæ Selandiam ſecant, ut ſupra notavimus. Gannaſcus Gallorũ maximè oram vaſtabat. igitur duobus occidentalibus Rheni alveis, id eſt, ipſo Rheno Lugdunẽſi, & Vahale adegit claſſem Corbulo. nam Nabalia & Flevum oſtium remotiora à Gallis. Ergo vel hinc ſatis liquet, unũ medium alveum Tacito Rheni vocabulo deſignari: qui haud dubius inter Germaniam, Galliamque terminus. Eodem libro, quum Friſiorum natio, poſt rebellionem, in deditionem ſe dediſſet, Corbulo obſidibus acceptis, agros iis deſcripſit; *idem ſenatũ, magiſtratus, leges impoſuit. Ac ne juſſa exuerent, præſidium immunivit.* At verò *Claudius adeò novã in Germanias vim prohibuit, ut referre præſidia cis Rhenum juberet.* Heic planè ineptè facturum puto, qui cum Iunio ſub Rheni nomine Iſelam intelligere velit. Quidpe quamvis ille Friſios in Ciſrhenanos & Transrhenanos Tacito diſtingui autumat, tamen heic ſine ullâ diſtinctione totam Friſiorum nationem malè auctorem in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

dicaſſe arguerit. Ad medium uſque alveum pertinuiſſe Friſios, ſatis ſupra demonſtratum eſt. Ergò non Iſelam, ſed Rhenum Lugdunenſem, qui terminus Germanias inter & Gallias, Tacitum notaſſe hoc loco certum eſt. Annal. 13. *Ceterùm continuo*, inquit, *exercituum otio fama inceſſit* (apud Germanos) *ereptum jus legatis ducendi in hoſtem. Eoq; Friſii juventutem ſaltibus, aut paludibus, imbellem ætatem, per lacus admovêre ripæ, agrosq; vacuos, & militum uſui ſepoſitos inſedêre.* Agros hos eo fuiſſe tractu, quo nunc comitatus Zutfaniæ, alibi docebitur. Igitur & Iſelæ, & Rheni ripæ Friſii admovêre ſuos, nec tamen Rheni vocabulum hic Tacitus addit, quamvis lacus memorat. Hiſtor. 5. quum Civilis, poſt adverſam ad Vetera pugnam, Batavorum opidum defendere non auſus, in inſulam conceſſiſſet; *tranſiêre Rhenum Tutor quoque & Claſſicus, & centum tredecim Treverorum ſenatores.* Non Vahalem, quà Civilis; ſed ſupra, ſuis in finibus, circa Moſellæ confluentem; ubi unus alveus, nec aliud niſi Rheni nomen.

Vt hodiè Rheni alveorum ſuo quisque ſibi nomine, ſic antiquitùs etiam adpellabantur.

Certè quamvis in univerſum tres Rheni dicerentur alvei; tamen ſingulos ubi citare voluerunt antiqui ſcriptores, ſuis ipſorum nominibus appellarunt. Sic hodiè etiam hic Iſela dicitur; ille Vahales; medius autem Rhenus. quod probé obſervatũ Tacito videmus. Ac ſanè fieri ſic neceſſariò oportebat, ne ſi ſub uno Rheni nomine omnes promiſcuè ſine ullâ diſtinctione efferrentur, animus confunderetur lectoris? ambigentis, quénam ex tribus intelligeret. Sed non Tacito ſolùm id obſervatum eſſe; verùm alijs etiã auctoribus; liquet ex eo, quòd & ipſi, ubi medium alveum intellexerunt, nudo Rheni vocabulo, haud ullâ adjectâ diſtinctione, uſi ſunt. Sic Florus lib. 4. cap. 12. *In tutelam*, inquit, *provinciarũ, præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta ampliùs caſtella direxit.* Horum caſtellorum pars infra ſciſſionẽ amnis, ad quem alveum fuerint, ſupra demonſtratum eſt: nempe ad medium,

in Ba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

in Batavorum inſulâ, Arenaci, Vadæ, Grinnibus, Batavoduri, Lugduni Batavorum, & ad oſtiū amnis. Suetonius in Caligulâ; *Admonitus*, inquit; *de ſupplendo numero Batavorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ impetum cepit: neque diſtulit*. Et mox infra: *Poſtquàm caſtra attigit, ut ſe acrem & ſeverum ducem oſtenderet, legatos, qui auxilia ſeriùs ex diverſis locis adduxerant, cum ignominiâ dimiſit*. paullo poſt: *mox deficiente belli materiâ, paucos de cuſtodiâ Germanos trajici, occuliq́ue trans Rhenum juſſit: ac ſibi poſt prandium quàm tumultuoſiſſimè adeſſe hoſtem nuntiari. Quo facto, proripuit ſe cum amicis, & parte equitum prætorianorum in proximam ſilvam: truncatiſq́ue arboribus, & in modū tropæorum adornatis, ad lumina reverſus, eorum quidem qui ſequuti non eſſent, timiditatem & ignaviā corripuit; comites autem & participes victoriæ, novo genere ac nomine coronarum donavit*. Et mox: *Poſtremò, quaſi perpetraturus bellum, directâ acie in litore Oceani, ac balliſtis, machiniſq́ue diſpoſitis, nemine gnaro ac opinante, quidnam cœpturus eſſet, repentè ut conchas legerent, galeaſq́ue & ſinus replerēt, imperavit: ſpolia Oceani vocans, Capitolio palatioq́ue debita*. Ad caſtra Caligula pervenerat. hæc non niſi in medii alvei lævâ ripâ fuerunt. Trans Rhenum adeſſe hoſtem ei nuntiatum eſt. Hic nullus niſi Germanus eſſe poterat Friſius; Batavo ſatis pacato, crebriſque caſtris per Rheni ripam ac præſidiis coërcito: ubi haud dubiè Caligula conſtitit cum exercitu. Denique aciem in litore Oceani direxit. hoc etiam haud dubiè in eâdem ripâ, ubi caſtra; & ubi ſpecies fieri poterat, quaſi in hoſtē Friſium dirigeretur. Sed clariùs Plinius lib. 4. cap. 23. ubi univerſæ Europæ menſuram computat; *Eſt autem ipſius*, inquit, *Italiæ, ut diximus* XII. C. XX. M *ad Alpeis. Vnde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum, quà videtur menſuram agere Polybius*, $\overline{\text{XI}}$. M. lxiij. *Sed certior menſura ac longior ad occaſum ſolis æſtivi, oſtiumq́ue Rheni, per caſtra legionum Germaniæ, ab iiſdem dirigitur Alpibus* $\overline{\text{XII}}$ M. xliij. *Oſtium* ait *Rheni*, non *oſtia*; quia medium intelligi voluit alveum, ad quem ca-

ſtra prædicta. Atque de Nabaliâ ſive Iſelâ flumine ſatis dictũ putarem, ni novam moveret diſputationem gravis quorundam error, ſilentio minimè transmittendus. Strabo lib. 7. Germaniam deſcribens, ἔστι δὲ, inquit, καὶ Σάλας ποταμὸς, οὗ μεταξὺ, καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν, καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν ὁ Γερμανικός. Id eſt; *Eſt & Sala amnis, inter quem & Rhenum bellum felici ſucceſſu gerens obiit Druſus Germanicus.* Hunc *Salam* illi Iſelam eſſe volunt; idque verum atque antiquum flumini nomen. Nam Salam flumen, quod vulgari hodiè vocabulo accolis **die Sale**, in Albim incidit, longiùs ab Rheno diſtare arguunt, quàm quod menti geographi reſpõdere queat. Verùm iſti jam iterum culpandi, quod uno auctori, haud ſatis intellecto, temerè adquieſcentes, reliquos inſpicere negligãt. Dio Caſſius lib. 55. eandem, quam Strabo, de Druſo hiſtoriam referẽs; ἔς τε τὴν τῶν Χάττων, inquit, ἐσέβαλε, καὶ προῆλθε μέχρι τῆς Σουηβίας, τήν τε ἐν ποσὶν οὐκ ἀπαλαιπώρως χειρούμενος, καὶ τοὺς προσμιγνύντας οἱ οὐκ ἀναιμωτὶ κρατῶν. κἀντεῦθεν πρός τε τὴν Χερουσκίαν μετέστη, καὶ τὸν Οὐίσουργον διαβὰς, ἤλασε μέχρι τοῦ Ἀλβίου, πάντα πορθῶν. ἐκεῖνον γὰρ ἐπεχείρησε μὲν περαιωθῆναι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ, ἀλλὰ τρόπαια στήσας, ἀνεχώρησε. Id eſt; *In Chattorum fineis ingreſſus, obvia quæque non ſine magno labore ſubigendo, congreſſosq; haud incruentâ victoriâ ſuperando, ad Suevos usque pervenit. inde Cheruſcorum fineis converſo itinere, Viſurgim transgreſſus, omnia populando ad Albim usque perrexit. Hunc quum fruſtra conatus eſſet tranſire, trophæis excicatis receſſit.* Et paullo pòſt: παραχρῆμα γὰρ ἀπέδη, σπουδῇ τε ὑποστρέψαντος αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν τελευτήσαντος. hoc eſt: *Nã & continuò retro ire cœpit, & in itinere, priusquàm Rhenum attingeret, morbo deceſſit.* En Strabo Druſum inter Salam & Rhenum bellum gerentem obiiſſe tradit. Dio autem hac expeditione Chattos eum, atque Cheruſcos ſubegiſſe narrat. Horum igitur populorum ſedeis ubi quæſiveris? inter Iſelam & Rhenum, in eâ, quæ nunç Velaviâ Geldriæ pars dicitur? an verò

inter Rhenum, & id flumē, quod hodiè vulgari nomine Sale in Albim effunditur? Omninò heic arbitror. Chattos quidpe dici nunc Heſſos, atque Turingos; Cheruscos verò, Brunſvicenſeis, Luneburgenſeisque, inter omneis ferè conſtat veteris geographiæ interpreteis. nos verò pluribus etiam ſuo loco id docebimus argumentis. Quin μέχρι τῆς Σουηβίας, h. e. *ad Sueviam usque* progreſſum Dio teſtatur Druſum. Quænam igitur hæc Suevia? niſi cujus pars Hermunduri, Chattorum contermini, & Salâ *flumine, gignendo* (ut teſtis Tacitus Annal. 13.) *ſale fecundo* (unde & nomen) disjuncti. Itaque rectè ac verè Salam inter Rhenumque bellum geſſiſſe Druſum refert Strabo. Falsò autem illi Salam Strabonis interpretantur Iſelam. quem Nabaliam antiquitùs dictum fuiſſe, ſatis oſtenſum puto.

De Flevo lacu, & vadoſo mari inter continentem Friſiæ terram, & inſulas. item de ipſis Friſiæ inſulis; & de Flevo, ſeu Fleo caſtello.

CAPVT XXIII.

NVnc ad lacum redeo. Siccam heic anteâ, vel ſaltem paluſtrem fuiſſe humum, ſupra memorauimus. Quando autem, item quomodò lacus primùm exſtiterit, apud neminem auctorum reperio. Conjicere tamen licet, eodem tempore id accidiſſe, quo Cimbri ac Teutoni Oceani irruptione ex patriis terris pulſi fuerunt. Ac tunc quidem inundationem illam in omne litus, quod à Daniæ parte, Iutiâ auſtrali, ad fretum usque Gallicum protenditur, invectum puto. Hinc Selandiæ ſolum, anteà ſolidum atque continens, in inſulas æſtuariis perpetuis diſſectum: de quo ſupra dictum. Hinc æſtuaria quoque ad Cauchorum, Friſiorumque litora, in ſiccâ itidem anteà humo, exorta. quæ in tantum diutino Oceani illiſu poſtmodùm eluta ſunt, ut jam non alternis vicibus, modò inſulæ, modo conti-

Flevus lacus, qui nunc Zuyderzee/ *quãdo campos implevit.*

De vadoſo mari, quod inter Friſiæ inſulas, & continentem terram nunc 𝔗𝔴𝔞𝔱 *dicitur.*

nentes reliquæ terræ partes; ſed altiſſimis undis perpetuò cinctæ, non niſi navium tramiſſu adiri queant. Has autem undas æſtuaria antè fuiſſe, maris acceſſu repleta, receſſuque vacua, veteres docent ſcriptores. In quibus Dio Caſſius lib. 54. Druſi Germanici res ſub Auguſto Cæſare geſtas enarrans; Ἔς τε τὸν Ὠκεανὸν, inquit, διὰ τοῦ Ῥήνου καταπλεύσας, τοὺς τε Φρεισίους ᾠκειώσατο, καὶ ἐς τὴν Χαυκίδα διὰ τῆς λίμνης ἐμβαλὼν, ἐκινδύνευσε, τῶν πλοίων ἐπὶ τοῦ Ὠκεανοῦ παλιρροίας ἐπὶ ξηροῦ γινομένων. Hoc eſt: *Tum Rheno in Oceanum devectus, Friſios perdomuit: & quum per paludem in Chaucorum fineis trajiceret, in periculum incidit, navibus maris refluxu in ſicco deſtitutis.* Paludem heic appellat, quod nunc vulgari vocabulo **Twat** dicitur, id eſt, mare vadoſum, inter Friſiæ utriusque continentem, & inſulas objacenteis. neque enim alia heic palus navigationi ex Friſiis in Chaucos (ſunt autem Chauci inter Amiſiam Albimque flumina) commoda. Oceanum autem appellavit, quæ itidem ipſa vada fuêre inter Friſiam occidentalem & inſulas adverſas, **Texel/ Vlielant/ Amelant/** atque alias. Neque enim opus habebat Druſus ultra has in aperta Oceani egredi, Friſios ſubacturus. Sequutus autem in hoc Dio videtur Tacitum, vel alios ſcriptores, qui ante eũ res Druſi, ejusque filii Germanici geſtas compoſuerunt. Tacitus Annal 1. res geſtas Germanici adverſus Cheruſcos diligenti ſtylo perſequens; *Ne bellum*, inquit, *mole unâ ingrueret, Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis, diſtrahendo hoſti per Bructeros ad flumẽ Amiſiam mittit. Equitem Pædo præfectus finibus Friſiorum ducit. ipſe impoſitus navibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulq́; pedes, eques, claſſis apud prædictum amnem convenêre.* Lacus hos eſſe hodiè **Zuyderzee**, ex iis, quæ ſequuntur, patebit. Paullo igitur pòſt; *Reducto*, inquit, *ad Amiſiam exercitu, legiones claſſe, ut advexerat, reportat. Pars equitum litore Oceani petere Rhenum* juſſa. Mox infra: *At Germanicus legionum, quas navibus vexerat, ſecundã & quartamdecimam itinere terreſtri P. Vitellio ducendas tradit; quo le-*

vior

vior claſsis vadoſo mari innaret, vel reciproco ſideret. Vitellius primum iter ſiccâ humo, aut modicè adlabente æſtu quietum habuit. mox impulſu aquilonis, ſimul ſidere æquinoctii, quo maximè tumeſcit Oceanus, rapi agiq́; agmen, & opplebantur terræ. eadem freto, litori, campis facies. neque diſcerni poterant incerta ab ſolidis, brevia à profundis. His verbis, *pars equitũ litore Oceani petere Rhenum juſſa,* ſatis diſertè ac perſpicuè loca iſta vadoſa, ſive æſtuaria, Oceanum appellat. Nam quid, malùm, illi per ęſtuariorum lubrica, crebraque inſularum freta, aperti Oceani litore repe-rent? *Vadoſo* autem *mari*, quum inquit auctor, ſatis clarè æſtuaria illa, quæ nunc **Twat** dicuntur, indicat. nam aperto Oceano ſi vectus foret, nihil erat quod *vadoſum reciprocúmve mare* vereretur, aut vitaret. Sed de litore hujus Oceani opinionẽ quorundam hoc loco adſcribere haud pigeat. Inter alios Lipſius ad hæc verba *eadem freto, litori, campis facies*; adjicit ſua: *Ex his pluribus locis,* inquit, *clarum, non fuiſſe loco litoris olim arenarias illas moles veriùs, quàm montes, quæ Oceanum hodiè arcent: ſuccrevitq́; majorum ævo illa arenarum vis, ſatione caricis, non ſine monitore deo.* Succrevit tanta arenarum vis. unde? à terrâ? an à mari? A terra fortè. At quomodò? Eruptione, inquies, ut alijs in locis. Falleris. eruptiones quidpe iſtiusmodi, non niſi in cavernoſis locis fiunt; quorum heic nulli. Sed ventorum flatibus, mariſque oppoſitu excitari poterat. Haud ſimile veri eſt. Dicam ego quid ſentiam. Nolo te tam operoſis arduiſque argumentis rem planè abſurdam probare. Æſtuaria iſta, ut ante dictum, auctor Oceanum appellavit. litus autem non quod extra æſtuaria, atque inſulas: ſed quod in continente Friſiæ. Heic igitur quum nulli arenarum obſtarent tumuli, facilè Oceanus terræ faciem operire poterat. Nihilo tamen minùs arenarum moles erant in inſulis Friſiæ, Hollandiæ, Selandiæ, reliquique Oceani litore ad fretum usque. Inſulas autem fuiſſe jam tum ante Friſiam terram, quę nunc ſunt, patet ex Plinio; qui lib. 4. cap. 13. à Cimbrorum cherſoneſo (Daniæ nũc eſt pars, Iutia) ad

Colles arenarii in litore Oceani Germanici.

Lipſii opinio de collib. arenariis cõvellitur.

Inſulæ ante Friſiam jam Plinii tempore fuére

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Rheni usque oſtia XXIII. inſulas Roman. armis cognitas refert. inter quas niſi eas quoque numeres, quæ inter Flevum & Albis fluvii os Germanico litori objacent, haud facilè numerum impleveris. Quin iſtę quàm maximè inter alias Romanis cognitæ fuère, quũ ad Albim usque Druſus, & hujus filius Germanicus Oceanum navigarent. De Batavorum etiam inſulâ ne erres, quaſi tumuli heic arenarum nulli fuerint, quia illa Oceani fluctibus opplebatur. Haud toto litore, ſed Rheni oſtijs aquæ invehebantur. itaque Corbulo *inter Moſam* (ut ait Tacitus Annal. 11.) *Rhenumq́; foſſam perduxit, quâ incerta Oceani vetarentur.* Quæ verba probè explicans Dio lib. 55. ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ, inquit, ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναῤῥέοντες πελαγίζωσι. i.e. *Ne fluvii Oceani affluxu refluentes ſtagnarent.* Cui rei nunc ſatis ſuperque hiſce in oris obviatũ eſt; tot tantisque ubique foſſis egeſtis, uti haud facilè Oceani æſtus, niſi Coro vento diu multmúque ſpirante, terram Hollandiam invadere queat. Sed alius eſt Taciti locus, ubi diſertè apertum Oceanũ ab hoc vadoſo mari diſtinguit. Annal. 2. ubi expeditionem Germanici in Cheruſcos recenſet; *Iamq́; claſsis*, inquit, *advenerat, cum præmiſſo commeatu, & diſtributis in legiones ac ſocios navibus, foſſam, cui Druſianæ nomen, ingreſſus, præcatusq́; Druſum patrem, ut ſe eadem auſum, libens placatusq́; exemplo ac memoriâ conſiliorum atque operum juvaret. lacus inde & Oceanum uſque ad Amiſiam flumen ſecundâ navigatione pervehitur.* Et deinde confecto bello: *Sed æſtate*, inquit, *jam adultâ, legionum aliæ itinere terreſtri in hibernacula remiſſæ, plures claſsi impoſitas, per flumen Amiſiam Oceano invexit. Ac primò placidum æquor mille navium remis ſtrepere, aut impelli. mox atro nubium globo effuſa grando: ſimul variis vndique procellis, incerti fluctus proſpectum adimere, regimen impedire, milesq́; pavidus caſuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempeſtivè juvat, officia prudentium corrumpebat. Omne dehinc cælum & mare omne in auſtrum ceſsit, qui tumidis Germaniæ terris profundis ambitus,*

immenſo nubium tractu validus & rigore vicini ſeptemtrionis horridior, rapuit, disjecitq́; naves in aperta Oceani. Ergo ante non erat in aperto Oceano, dum remis adhuc placidum æquor impellebant: ſed in æſtuariis, quæ nunc **Twat** vocantur. Aſt vera hæc fuiſſe tum temporis æſtuaria, quæ acceſſu maris Oceani implebantur, receſſu verò vacua relinquebantur, ex Plinio juxta, & Tacito comprobare adnitar; ne quis in dubium vocare queat, arbitrans vadoſum mare perpetuis Oceani aquis repletum fuiſſe. Plinius lib. 16. cap. 1. *Sunt verò*, inquit, *in Septemrione viſæ nobis* (gentes) *Cauchorum, qui majores, minoresq́; appellantur. Vaſto ibi meatu perpetuis bis dierum noctiumq́; ſingularum intervallis, effuſus in immenſum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controverſiam; dubiumq́;, terræ ſit, an pars maris. Illic miſera gens tumulos obtinet altos, ut tribunalia ſtructa manibus, ad experimenta altiſſimi æſtus, caſis ita impoſitis: navigantibusq́; ſimiles, cum integant aquæ circumdata: naufragis verò, cum receſſerint: fugientesq́; cum mari piſces circa tuguria venantur.* En vaſto ibi meatu, immenſum agebatur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controverſiam, id eſt, ut Tacitus ſupra; *eadem freto, litori, campis facies; neque diſcerni poterant incerta ab ſolidis, brevia à profundis*; ita vti navigantibus ſimiles viderentur. Nec tamen ſemper integebant aquæ circumdata tumulis loca: ſed perpetuis bis dierum noctiumque ſingularum intervallis recedebant; ut jam naufragis ad litus ejectis ſimiles videri poſſent; atque ibi fugienteis cum mari piſceis in uligine æſtuariorum circa tuguria venarentur. Itaque rectè Dio de Druſo per eadem hæc æſtuaria navigante: καὶ ἐς τὴν Χαυκίδα διὰ τῆς λίμνης ἐμβαλῶν, ἐκινδύνευσε τῶν πλοίων ἐπὶ τοῦ Ὠκεανοῦ παλιῤῥοίας ξηροῦ γινομένων. id eſt: *Quum per paludeis in Chaucorum fineis tenderet, in periculum incidit, navibus maris fluxu in ſicco ſidentibus.*

Hinc igitur, quum eadem ſit hodiè vadoſi maris ad Friſium litus altitudo, quæ eſt ad Chaucorum oram, eandem etiam

conditionem olim vtriusq; litoris æſtuariorum fuiſſe conjicio. Nec divinatione id ſolummodò, fortaſſis vanâ, conjicio; ſed teſtem habeo luculentiſſimum Corn. Tacitum. Is quidpe Annal. 4. ubi Friſii nimis acri tributorum exactione per Olennium commoti, rebellarunt; *Rapti*, inquit, *qui tributo aderant milites, & patibulo adfixi. Olennius infenſos fugâ prævenit, receptus caſtello, cui nomen Flevum. & haut ſpernenda illic civium ſociorumq; manus litora Oceani præſidebat. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori cognitum, vexilla legionum è ſuperiori provinciâ, peditumq;, & equitum auxiliarium dilectos accivit, ac ſimul utrumque exercitum Rheno devectum Friſiis intulit: ſoluto iam caſtelli obſidio, & ad ſua tutanda digreſſis rebellibus. Igitur proxima æſtuaria aggeribus, & pontibus traducendo graviori agmini firmat. atque interim repertis vadis alam Caninefatem, & quod peditum Germanorum inter noſtros merebat, circumgredi terga hoſtium jubet. qui iam acie compoſiti pellunt turmas ſociales, equitesq; legionum ſubſidio miſſas.* Ptolemæus Φληȣ̀μ, & ut corruptè vulgata exemplaria, Φιλῆȣμ, vltra tertium Rheni alveum, cujus oſtium Plinio Flevum eſt, ponit primùm inter Germaniæ opida. At quamvis ſitus ejus minùs convenit, (recedit quidpe longiùs ab Rheni oſtiis, propéque Amiſiam flumen accedit) tamen quia primum Germaniæ, tum quia idem cum Rheni alveo nomen habuit, haud dubitandum, quin huic appoſitum fuerit. Sic *Vulturnum* opidum ad *Vulturnum* flumen in Campaniâ Italiæ regione; Sic *Sybaris* ad *Sybarin*; *Syris* ad *Syrin*, in Magnâ Græciâ, Italiæ itidem regione; ſic alia innumera per terrarum orbem. Apud Ptolemæum facilè numerus graduum ab imperitis librariis, aut negligentibus corrumpi potuit. ſi tamen credas, non ipſum erraſſe Ptolemæum; quod ei uſitatiſſimum. Appoſitum igitur Flevo caſtellum hoc fuiſſe credamus: & quia *civium ſociorumq; manus litora illic Oceani præſidebat*, Ptolemæusque in litore Flevum ponit opidum; ipſi oſtio, quod Flevum eſt Plinio, caſtellum appoſitum certum eſt. Et quia trans

Flevum, ſive Fleum caſtellum: nunc S. Brãdarius in inſulâ Schelling.

ultimum

ultimum Rheni oſtium, id eſt, Flevum, caſtellum hoc ad Oceanum fuiſſe conſtat; nullo alio ſitu fuit, quàm vbi nunc turris S. Brandarii in inſulâ Friſiæ conſpicitur, cui vulgare vocabulum **Der Schelling.** Hinc L. Apronius, inferioris Germaniæ propiætor, cujus hiberna erant ad Vetera, naveis Rheno, deinde per lacum, qui vulgò nunc **Zuyderzee** eſt, & Flevum alveum devectas, ad caſtellum Flevum in oſtio Flevo adpulit, obſidione id Friſiorum liberaturus. Digreſſi autem à caſtello hoſtes quum dicantur, *ad ſua tutanda*, antequàm Apronius adveniret; haud aliò digreſſos intelligendum eſt, quàm in continentem Friſiæ terram. Huc igitur quum eos perſequi vellet Apronius, neceſſum habuit *proxima æſtuaria*, quæ etiam nunc brevia ſunt, inter dictam inſulam **Schelling**/ & proximã Friſiæ continentem, quà **Harlingen** opidum ſitum, *aggeribus*, & quia alvei altiores intercedebant, qui nunc vulgò **Coggendiep** & **Crommebalch** dicuntur, *pontibus graviori tradncẽdo agmini firmare. interim* tamen *reperta* etiam ſunt *vada* in dictis alveis, quibus *Caninefas ala & quod peditum Germanorum inter* Romanos *merebat*, tranſivêre. Ortelii notandus eſt hoc loco ingens error, qui Ptolemæi fallacem fidem, ſimulque nominis recentis levem ſimilitudinem ſolens ſuo more ſequutus, Flevum caſtellum in Groeningenſi agro locat, ubi nunc eſt pagus **Flodorp**, x. circiter M. paſſ. ab Groeningâ urbe diſſitus. Ea res quàm benè reliquis auctoribus reſpondeat, viderit æquus judex, qui ea, quæ modò allata, diligentiùs conſideraverit. Ego ex iſtis omnibus jam bono periculo colligo, eandem jam inde fuiſſe totius hujus litoris (ac de Selandicis inſulis jam ante abundè diſſertum eſt) ab freto Gallico ad Cimbricam usque Cherſoneſum, faciem, quæ nunc eſt, easdemque inſulas, quæ nunc viſuntur. Æſtuaria tamen tunc fuêre, quæ nunc brevia facta ſunt. Quapropter haud ęquè commoda tunc, nec tuta illac navigatio erat, ac nunc eſt. quidpe æſtus vẽtique obſervandi erant, ne in ſicco naves cum periculo deſtituerẽtur; quod accidit Druſo, ex

Tacitus explicatur.

Eadem fuit litoris Friſii ſub Tiberio imperatore facies, quæ nunc eſt; eædemq; inſulæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Friſiis ad Chaucorum fineis naviganti, per vadoſum illud mare, quod eſt inter Friſiam orientalem & objectas inſulas. Aliquando tamen etiam defluxu Oceani ſubſidere ſolebant naves. quam ob rē *Germanicus legionum, quas* ab Amiſiâ ad Rhenum rediens *navibus vexerat, ſecundam & quartamdecimam itinere terreſtri P. Vitellio ducendas tradidit, quò levior claſſis vadoſo mari innaret, vel reciproco ſideret.* Sed hactenus litus Germaniæ, æſtuariaque ejus, vadoſum mare, & inſulas cognoviſſe ſufficiat. Ortelius, & ſi qui alii, reprehendendi videntur, qui in tabulis ſuis Germaniæ, horum prorſus nihil adferunt; ſolidis litoribus vſquequaque conſtitutis. quum tamen ſuperiora ſecula, antequàm Oceanus irrumpens, Cimbros, Teutonosque ſedibus ſuis pelleret, deſcripſiſſe eos haud ſimile ſit veri. Nunc ad lacum Flevum redeo, cujus deſcriptionem jam dudum tentavi.

Flevi, ſeu Flevonis lacus, inſulæque amplior deſcriptio.

CAPVT XXIV.

POſtquàm igitur Oceanus ingenti vndarum vi, per oſtium Nabaliç fluminis irrumpens, proximos campos implevit; æſtuaria primùm facta ſunt, quę alternis maris æſtibus modò vacua, modò vndis repleta videbantur. Ea vernaculo ſermone, vt ſupra notavimus, incolis **Vliet**/ ſive **Fliet**, & abjectâ, quod illis frequens, in fine duriore conſonāte, **Flee** dicebantur. Tēporis autem proceſſu, aſſiduâ, perpetuáque undarum maritimarum eluvione, æſtuaria paullatim in lacum redacta ſunt, qui *ingens* tandem, & *immenſus*, vt auctores ſunt Mela, ac Tacitus, idem nomen **Flie**/ ſive antiquiore Germanorum dialecto **Flee** (nunc etiam ad Viſurgis amnis æſtuaria pagi dicuntur **Waterfleet**/ **Elsfleeten**/ **Wortfleet**/ & **Santfleet**) ad Romanorum vſque tempora ſervavit. Hi vocabulum ba batum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

rum ad ſuam linguam redigentes, *Fleum* dixêre, vt rectè ac verè ſcriptum reliquit Ptolemæus. Accuratiores tamen, uti magis Latinum id facerent, *Flevum* nuncuparunt, quod refert Plinius ac Tacitus. Mela equidem *Flevonem lacum, inſulamq́ appellat.* is quum primus lacum hunc, nomenque referat, primùm ſic (modò ne depravatus ſit auctor) appellaſſe Romanos ſuſpicor. At quia Flevum dictum fuit Plinii ævo oſtium; haud dubium eſt, quin & alveus, & lacus, & inſula idem nomen habuerint. Poſtquàm autem lacus heic eſſe cœpit, Nabalia de nominis ſui appellatione, quatenus ille ſpargebatur, dejectus eſt. Inſulam Mela, quantumvis vnam ſolummodò memorat, cognominem lacui; plures tamen fuiſſe, haud negat. Fuiſſe autem plureis, cum Plinius, ut mox explicabitur, auctor eſt, tum ipſa ratio perſpicuè idem docet. Quidpe quamvis illa, quam Mela refert, diutino, perpetuoque undarum illiſu, vel copioſiori etiam adfluxu, jam tota eluta ſit; aliæ tamen, licet adroſis fortaſſe litoribus ſalvæ eminent. Sunt autem tres, duæ Iſelæ oſtio adverſæ, **Ens**/& **Vrck**/tertia **Marcken**, opido Monachodamo objacens. At notandum hoc loco, *lacum* equidem *ingentem* referre Melam vnum: Tacitum autem conſtanter vbique *lacus*, multitudinis numero memorare. Plinium item, ut ſupra ſæpius relatum, Rhenum tradere ad ſeptemtriones in lacus ſe ſpargere. Quam rem dubios egiſſe video horum auctorum explicatores. Verùm enodatio in promptu, facilique eſt. Mela quum *lacum* referret, unum reſpexit majorem, qui nunc vulgò accolis appellatur **de Zuyderzee**: at Plinius & Tacitus, quum alias præterea cernerent aquas, ingenti iſti lacui, Rhenique novi alveo junctas, *lacus* plurali numero maluerunt univerſas appellare, quàm *lacum*. Sunt autem illi per vniverſam hodiê Hollandiam Septemtrionalem ſparſi, nominibus variis **de Waert/de Schermer/de Beemſter/de Wormer/de Purmer/de Wijckmer/het Ye/Harlemermeer/Braſmeer/Leydermeer/Vtermeer**/& ſi q minores.

Meer autem horum accolis eſt, qod Latinis *lacus*. His igitur tot lacubus inſulæ efficiuntur complures, quas Plinius Friſiis majoribus, minoribusque tribuit. Nec opus, uti incognitum aliquem fingas cum Iunio, Rheni alveum, qui propè Harlemum opidum in Oceanum tranſiens, Friſiorum inſulas à Caninefatum inſulâ dirimat. Caninefatum vtique ſedem in Batavorum fuiſſe inſulâ, ſatis ſupra comprobatum eſt. Friſiorum autem ſuêre inſulæ, quidquid terrarum ab Amſtelodamo ad Flevum vſque oſtium crebris lacubus atque euripis variè ſcinditur. In quibus præcipuè nunc inſularum nomine claræ, **Wieringen/ Texel** & **Vlielant** proximo oſtio Flevo, vnde & nomen ei quæſitum. Intus autem in Hollandiâ ſeptemtrionali complures, quæ inſularum nomine haud cenſentur, quia anguſta inter plerasque freta; aliæ etiam aggeribus invicem junctæ. Hæ, inquam, jam inde à Plinii, Tacitique ævo fuêre inſulæ, quamvis non tam alto, ut nunc cernimus, freto cinctæ: Poſteà autem temporis progreſſu, quum adeò violenter Oceanus hàc irrueret, uti inſulam Melæ, Flevonem totã prorſus operiret; vaſtiores etiam, altioresq; meatus facti ſunt. quorũ maximus, vulgari nunc vocabulo **Marſ-diep/** ad XV. quibusdam in locis orgyias altitudine ſuperat. Sed non prætereunda temerè erat inſula *Flevo*, de quâ Melæ verba, jam ante ſæpiùs in medium producta, hoc loco iterare ne pigeat. *Rhenus*, inquit ille, *ab Alpibus decidens propè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium. mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur; ſed ad ſiniſtram amnis etiam tum, & donec effluat Rhenus: ad dextram primo anguſtus, & ſui ſimilis; pòſt ripis longè ac latè recedentibus, non jam amnis, ſed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur; ejusdemq; nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterumq; fluvius emittitur.* Ex quibus verbis ego equidem colligo, majorem hunc lacum jam tunc fuiſſe, quàm Venetum aut Acronium. his quidpe nullum, quod magnitudinem indicet, epitheton

Flevus lacus eãdẽ ferè magnitudine fuit ſub imp. Claud. quã nũc eſt.

ton addit: at illum *ingentem* appellat. quod item Tacitus teſtatur his verbis: *ambiuntq́; immenſos inſuper lacus, & Romanis claſſibus navigatos*. Quare non placet Ortelius, qui, in tabulâ veteris Belgii, nimis eum coarctat. minùs verò Hopperus, qui ferè nullum admittit. Ego ex Melæ, Tacitique verbis, eâdem propè magnitudine fuiſſe judico, quâ nunc viſitur; versùs meridiem tamen arctiore concluſum freto, cui duo opida appoſita ſunt, ex Friſiâ **Staveren**/ ex Hollandiâ **Enckhuyſen**. Inferiorem partem inſula *Flevo* occupavit. Inſulam Ortelius mox in oſtio Rheni, ſive Nabaliæ ſtatuit, eodem ſitu, quo nunc duæ inſulæ **Ens** & **Vrck** ſtratæ ſunt; nempe hanc vnam ante fuiſſe exiſtimans: poſt vndarum violentiore illiſu in duas parteis diſcuſſam. deinde lacum in campos effundit. At contrarium ego ex Melæ verbis diſco. quidpe primùm longè latéque diffuſum lacum campos impleviſſe, dein inſulam amplexum, mox poſt inſulæ amplexum iterum arctiorem factum, iterumque fluvium; emiſſum adfirmat. Aſt hanc interpretationem meam uti firmem, verbaque Melæ uti clariora reddantur, rem ipſam quaſi oculis ſubjiciam. Breuia ſunt inter *Flevonis inſulæ deſcriptio.* Friſiam, Hollandiam ſeptemtrionalem, atque oſtium Flevum; quibus nunc vulgò ex ſpatio nomen eſt **het Breeſant**/ id eſt, *brevia ampla ſeu ſpatioſa:* ſuperiore autē tempeſtate inſula erat, arundineto, quod aves aquaticæ magnâ copiâ incolebant, frequenti conſita. Hanc Flevonem eſſe inſulam, Flevo lacu cinctam, omninò mihi perſuadeo. Nabaliæ quidpe, ſive ſeptemtrionalis Rheni alveus, inter hanc inſulam (ſive, ut nunc ſunt, brevia) proximumq; Friſiæ litus, etiam nunc exſtat; quo dictæ inſulæ latus orientale claudebatur. Ab occaſu ſolis æſtivi inter hanc inſulam, & alia brevia, quæ vulgò dicuntur **De Weert** (hæc quoque inſulam ſuperiore tempeſtate fuiſſe, arguit ipſum nomen, quod Latinè eſt *inſula*) alius alveus ſive meatus eſt in illum incidens, vulgari vocabulo **het oude Vlie**/ i.e. *vetus Flevus*; quod uomen apertè indicat, Flevi par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

tem hàc olim fluxiſſe. Cinge igitur, hoc alveo reliquum inſulæ latus, quod occidenti brumali oppoſitum; & integram habebis inſulã, vndique Flevo lacu cinctam. qui tandem ad finem inſulæ (**Claes ooms baecken** nunc nautæ vocant ſpeculas inibi excitatas) *fit iterum arctior*, ſcilicet inter brevia vtrimque appoſita, vetera ſiccæ humi veſtigia; *iterumq́ fluvius emittitur* in Oceanum, inter duas inſulas, à dextrâ **der Schelling** / à ſiniſtrâ **Vlielant.** Atque hac tandem ratione ſibi Mela quàm maximè conſtabit. *lacus* enim *ingens, ripis longè ac latè recedentibus* intra fretum, quod eſt inter duo opida **Enckhuysen** & **Staveren** conſpicitur. inde propioribus jam ripis, inſulam amplectitur *Flevonem*, poſteà *iterum arctior*, nondum tamen ſimilis flumini; tandem à fine brevium, quæ vulgò **Langesant** appellantur, *fluvius iterum* in Oceanum *emittitur*. At Iunius maximarum fontem facit nugarum Melam, dum inſulam **Vlielant**/Flevonem ejus interpretatur. Sic ſcilicet ſemper & ubique ſolam nominis notationem ſequi, vel ineptiſſimâ opinione lubet. Si **Vlielant** eſt *Flevo* Melæ; doceat me aliquis velim, quomodò Flevus poſt ejus amplexum *iterum arctior* factus ſit, *iterumq́ fluvius emiſſus*; quum apertum prealtumque pelagus latus ejus externum verberet. Sed error hic eſt Iunii, cuivis facilè perſpicuus. quare miſſum faciamus.

De foſſâ Druſianâ: de Vidro amne: de Baduhennæ luco, & Cruptoricis villâ: de Manarmani portu.

CAPVT XXV.

Foſſa Druſiana.

NAbaliæ fluminis priſcum in ſiccâ, ſive paluſtri humo alveum hactenus accuratiſſimâ, uti nobis videmur, operâ deſcripſimus. Oceani item in ejus oſtium irruptionem memoravimus, inſularumque ſitus depinximus. Reſtat nunc, antequàm ab his oris digrediamur, uti de *Druſianâ foſſâ*, per quam Rhenus in Nabaliam effuſus, pauca quædam diſſeramus. Rhenus

nus igitur, quum diu, ut ſupra dictum, bicornis exſtitiſſet; tandem per Druſum Germanicū, ſub vitrico Cæſare Auguſto res in his oris gerentē, aliâ amnis parte per foſſam in Nabaliā, deductâ, tricornis factus eſt, treisq; alveos habere dictus. Nomen foſſa accepit à conditore, *Druſiana* nuncupata. Tacitus An. 2. *Iamq; claſsis*, inquit, *advenerat cum præmiſſo commeatu: & diſtributis in legiones ac ſocios navibus, foſſam, cui Druſianæ nomen, ingreſſus, precatusq; Druſum patrem, ut ſe eadem auſum libens placatusq; exemplo, ac memoriâ conſiliorum, atque operū juvaret*. Suetonius in Claudio, de Druſo; *Oceanum*, inquit, *ſeptemtrionalem primus Romanorum ducum navigavit: transq; Rhenum foſsas novi & immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc Druſinæ vocantur:* Foſſas Druſinas licet Suetonius plurali numero dixerit; tamen unam ſolam fuiſſe conſtat. itaque rectiùs quoque *foſſam Druſianam* ſingulari numero appellavit Tacitus. At immenſum ſanè opus erat; ut poté à pago **Iſeloort** ad **Doesburg** opidū x. circiter M. p. extenſum. De longitudine rectè judicavit Hadr. Iunius, Dusborgo tenus foſſam protendens: meritóque redarguit eorum errorem, qui ad lacum usque à Druſo deductam tradunt. in quibus Ortelium etiam deprehendi miror. Si alveus Nabaliæ fluminis à Dusburgo ad lacum jam antè fuit; haud opus habuit Druſus heic foſſam agere. Sin nullus fuit; (quod ſequitur, ſi Druſum feciſſe adfirmes) quæro, quâ viâ Nabalia, ſive Iſela, & Berckela, aliique, præter hos, minores amnes (quos infra Dusburgum in Iſelam iſtum, Rheni partem recipientem fluere videmus) ad lacum, aut, antequàm hic foret, ad Oceanū contenderunt? Aridas arenas eos abſorbuiſſe haud temerè neque quis dixerit, neque ego crediderim. Hoc tamen ſi quis concedi ſibi velit; quæro, quomodò foſſa illa Druſianna juxta Daventriam Iſelæ potiùs nomen in poſterum obtinuit, quā Rheni. Nam ſi ex hoc omnis aqua deducta; ſanè ſummū jus erat, ejus potiùs ferre nomen, quàm fluvii tam exigui, atque ignobilis. Sed nugas agimus, tempusque fruſtra terimus. Iſelam pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

fectò hàc fluxiſſe versùs Oceanum, ut antè notavimus, alioſq; fluvios unà detuliſſe, indicat ipſum nomẽ, à fonte ad Campos opidum & Flevum lacum extenſum. At controverſia tamen heic oriri videtur ex ex eo, quòd ſuperior fluminis pars Dusburgo tenus, *vetus Iſela*, vulgò accolis **de olde Iſel** cognominatur: inferior verò ad Daventriã & Campos non item. Hanc controverſiam ſic diſſolvo. Flumen hoc ab usque fonte ad exitum in Oceanum, ſine ullo cognomento ab initio *Nabalia* dictum fuit. at poſtquàm Druſus foſſam Rhenum inter Nabaliamq; egeſſit; hanc foſſam *novum Nabaliam* dictam ſuſpicor. Superior autem pars amnis *veteris Nabaliæ* nomen ſortita. quæ res poſtmodò in Iſelæ nomen etiam tranſiit. Atque ſic nunc ſuperior pars *vetus* indigetatur *Iſela*; non reſpectu inferioris, quæ à Dusburgo Daventriam, Hattemum, & Campos alluit: ſed ratione foſſæ Druſianæ, quę ex Rheno ad Dusburgum deducta, nunc etiam Iſela vocatur. Cauſa Druſo agẽdæ foſſæ nulla alia fuit, quã uti claſſem hac cum exercitu ex ſuperiore Rheni parte in lacum & Oceanum deduceret, Friſios & Cauchos petiturus. Ceterùm vehemẽter falluntur, qui Dusburgũ à Druſi nomine, quaſi caſtra Druſi cognominatum judicant. caſtra quidpe Druſi præſidiaque Romana in lævâ medij Rheni ripâ cuncta directa fuiſſe ſupra demonſtratũ eſt. Sed de tertio Rheni alveo ſatis dictum puto. Nunc Vidrus quoq; amnis, qui vulgari nomine *Vechta* in eundem lacum influit, explicandus eſt. Eum in Nabaliam quondam flumen, antequàm lacus exiſteret, inter duo opida **Campen** & **Vollenhove** confluxiſſe cõjicio. conjunctè quidpe hoc loco nunc etiam conſpiciuntur utriusque oſtia. Neque verò alius dari ei poteſt alveus, per quẽ in Oceanum delatus ſit, niſi Nabaliæ fluentum. Vidrum cur Ortelius in Groeningenſi agro eſſe voluerit foſſam, quę vulgari vocabulo **Schuytendiep** Groeningam usque, hinc verò nomine **Groeningerdiep** in Oceanũ defertur, maximè ego miror: præſertim quum evidentiſſimè cum Ptolemæi (ex quo uno

Cauſa agẽdæ foſſæ Druſianæ.

tino nomen Vidri ille habere potuit) ſituatione pugnet. Scilicet quia jam ante **Flodorp** pagum, dictæ foſſæ **Groeninger-diep** appoſitum, Flevum caſtellum interpretatus erat, cui conjunctum voluit amnem Vidrum; nullâ neque ratione, neque argumento vel minimo ſubnixus: repugnante autem, ut ante dictum, quàm acerrimè Ptolemæo. Hic quidpe Vidri oſtium ſub gradu latitudinis 45. ſcrup. 20. collocat: Flevum autem caſtellum multo ſuperiùs, ſub gradu latit. 54. ſcrip. 45. At Ptolemæi potiùs hac in re fidem ſequamur: maximè ſi hujus iterum fidem alius auctoris gravi fide firmemus. Ille igitur poſt Rheni orientale oſtium (quod eodem ſitu collocat, ubi nunc eſt oſtium Iſelæ juxta **Campen** opidum) Vidri mox oſtium deſcribit; cujus ſitui quàm proximè accedit ad oſtium amnis, qui vulgò nunc *Vechta* nomine juxta **Geelmuyden** opidum lacui Flevo miſcetur. Vechta igitur haud dubiè eſt Vidrus Ptolemæi quod ex Tacito etiam probare conabimur. Annal. I. ubi reditum Germanici, ab Cheruſcorum bello, ad Rhenum in caſtra deſcribit; *Mox*, inquit, *reducto ad Amiſiam exercitu, legiones claſſe, ut advexerat, reportat*: ſcilicet per æſtuaria ac lacū, ut ſupra demōſtratum. *Pars equitum litore Oceani petere Rhenū juſſa.* Et infra: *At Germanicus legionum, quas navibus vexerat, ſecundam & quartamdecimam itinere terreſtri Publ. Vitellio ducendas tradit; quò levior claſsis vadoſo mari innaret, vel reciproco ſideret. Vitellius primum iter ſiccâ humo, aut modicè adlabēte æſtu, quietum habuit. mox impulſu aquilonis, ſimul ſidere æquinoctii, quo maximè tumeſcit Oceanus, rapi agiq́; agmen, & opplebantur terræ* paullo poſt: *ſternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus: jumenta, ſarcinæ, corpora exanima interfluunt, occurſant. permiſcentur iuter ſe manipuli, modò pectore, modò ore tenus exſtantes, aliquando ſubtracto ſolo disjecti, aut obruti.* Mox infra: *Tandem Vitellius in editiora eniſus, eódem agmen ſubduxit. pernoctavêre ſine utenſilibus, ſine igni* paullo poſt: *lux reddidit terram: penetratumq́; ad amnem Viſurgim* (meus codex impreſſus habet *Viſur-*

Taciti locus mendoſus purgatur, & explicatur.

gum) quò Cæſar claſſe contenderat. Impoſitæ deinde legiones; vagante famâ ſubmerſas. nec fides ſalutis, antequàm Cæſarem exercitumq́; reducem vidêre; ſcilicet in caſtris. Ad hæc Lipſius in Notis: *Ego verò*, inquit, *hîc obhæreo. Supra ſcriptum:* Reducto ad Amiſiam exercitu, legiones, ut advexerat, reportat. *Si ad Amiſiam Germanicus claſſem conſcendit, Rhenum & Galliam petiturus: quo caſu nunc ad Viſurgim? Tempeſtate, inquies. Benè. ſed quomodò Vitellius, qui & ipſe paullo ante ad Amiſiam, & (ne tempeſtatem iterum ſuſpicêre) terrâ iit, nunc quoque ad Viſurgim? Hæc ſi probè narrantur, Germaniam profectò petiêre: nõ Galliam repetiêre. aut fallunt me locorum omnes ſitus.* His addit, poſt recentem auctoris recenſionẽ; *Hærentem hîc transfert me vir magnus & è magnis, qui* Viſurgim *pravum gloſſematium cenſet: & ſcripſiſſe Tacitum:* penetratumq́ue ad amnem, quò Cæſar claſse contẽderat. *Aſſentio.* Hactenus Lipſius. Poſt hunc Ioſias Mercerus ad eundem Taciti locum; *Nihil veriſimilius*, inquit, *quàm quod poſtremùm docuit doctiſſimus Lipſius, delendum* τὸ Viſurgim. *quæ vocula hîc contra omnem hiſtoriæ & geographiæ rationem. Sed amnem capies Rhenum, non Amiſiam. lege diligenter totũ locum: fateberis.* Sic tres iſti. Ego verò neque Mercero fateor, delendum τὸ *Viſurgim*; neque Lipſio, neque magno (quisquis ſit, aut fuerit) illi viro aſſentior. Corrigendã autem mendoſam, corruptamq́ue vocem *Viſurgim*, in *Vidrum* (cui propiùs accedit ſcriptura mei codicis, *Viſurgum*) cum maximè adſevero. Vis rationem expediam? Obſequar lubens. Germanicus poſtquàm *partem equitatus litore Oceani Rhenum petere* juſſerat; ipſe claſſe ab Amiſiâ profectus Rhenum repetere inſtituit, per vadoſum mare, & lacus. Quum autem metueret, ne idem ſibi eveniret, quod quondam Druſo patri, qui Oceani defluxu in ſicco deſtituebatur; *duas legiones itinere terreſtri P. Vitellio ducendas tradidit*; Scilicet eádem viâ, quâ ante partem equitatus ire juſſèrat, *litore Oceani*: ne ſi mediterranea (& hàc equidem multo compendioſiùs) tranſirent, à Friſiis læderentur, in litore autem facilè pri-

mum

mum impetum laturi, donec Cæſar, qui litus legebat, auxilio adforet. Per litus autem Oceani quid heic intelligendum, ſuprà docuimus: ripā ſcilicet continentis terræ Friſiæ; non inſularum Friſiæ objacentium. Vitellius igitur litore Oceani profectus, poſt multas ærumnas exantlatas, damnaque accepta, tandem ad *Vidrum* flumen penetravit; quò Germanicus legiones ducere juſſerat; quoque ipſe claſſe contenderat; milites, qui Vidrum, quum pons nullus eſſet, tranſire nequibant, in naveis excepturus, atque Rheno ſubvecturus in caſtra. En ſic tandem conſtabit Hiſtoria Taciti; ſic fides Ptolemęi de Vidro amne firmabitur. Valeat igitur Ortelius cum Vidro ſuo ſuppoſititio: valeant item illi, qui flumen hoc obſcurare, penitusque ex veterū monumētis expungere volunt. Sed tempus eſt, poſt longam aquarum oberrationem, ad terras reverti. Friſiorum fineis jam ante ſummatim deſcripſimus: terminum quoq; inter utrosque ſtatuimus. Nunc igitur interiora inſpiciamus, ſi qua fuerint notatu digna. De rebellione Friſiorū, Fleviq; caſtelli obſidio ſupra memoravimus. narravimus inſuper, quēadmodùm Apronius per æſtuaria militem in continentem Friſiæ traduxerit. Inde acris Romanorum, Germanorumque congreſſio; ubi illi cæſi. Subjicit huic narrationi auctor: *Mox compertum à transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocāt. pugnâ in poſterum extractâ, confectos: & aliam quadringentorum manum, occupatâ Cruptoricis quondam ſtipendiarii villâ, poſtquàm proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuiſſe.* Hunc Baduhennæ lucum fuiſſe judico eodem tractu, quo nunc ſilva vulgari nomine **Sevenwolden** ſternitur. neque ſitus, aut diſtantia locorum valdè abhorret. Certum tamen argumentum, quo niti queam, nullum habeo. Idem de Cruptoricis villâ adfirmo. Sic tamē conjicio: pugna inter Romanos, Friſiosque commiſſa fuit circa ea loca, quæ ſunt inter opida **Leeuwarden** & **Sneeck**: ubi plurimi Romanorum cæſi. reliqui pugnâ in poſterum usque diem extractâ, quum modò hi, modò iſti, ſuperiores exiſterent, tan-

Baduhennæ lucus.

Cruptoricis villa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

dem apud lucum, nõ in luco, nongenti confecti ſunt. alii quadringenti, ex hac pugnâ elapſi, occupatâ Cruptoricis villâ, quę propè lucum fuit, mutuis ictibus occubuerunt. Hæc ſunt quæ de duobus hiſce locis in medium adferre potui. Ortelius nominis alluſione ductus, villam Cruptoricis interpretatus eſt pagum, vulgò nunc **Crapswolde** dictum, haud procul Groeningâ. Verùm is locus aliquantò longiùs mihi diſtare videtur.

Manarmanis portus. Flevum caſtellum jam anteà deſcripſimus. Μαναρμανὶς λιμὴν, *Portus Manarmanis* eſt Ptolemæo inter Rheni orientalis, id eſt, Nabaliæ, & Vidri amnium oſtia. quem locum ego nunc **Geelmuyden** eſſe cenſeo; quia etiam nunc portus hac parte commodiſſimus, quo mediocria navigia recipiuntur, ad opidũ Haſſeltum ſubvehenda. Ortelius, ut ſemel in Vidro flumine à rectâ viâ aberrare cœpit, falſo tramite progredi heic pergit. Manarmanim quidpe portum falſo illi Vidro ſuo in Groeningenſi agro adponit. nec hoc equidem obſervato, in lævâ à Ptolemæo Vidri ripâ locari, dextræ eum adfixit. Eorum quoque oſcitantia heic notetur, qui *columnas Herculis*, Tacito in libro de Germ. memoratas, in medio Friſiæ poſuerunt, ubi nunc pagus

Herculis columnæ in Oceano ſeptentrionali. eſt **Duvelskutte.** Hi planè Taciti verba nunquàm legiſſe mihi videntur. quidpe ſic auctor; *Angrivarios*, inquit, *& Chamavos à tergo Dulgibini, & Chaſuari cludunt, aliæq; gentes haut perinde memoratæ, à fronte Friſii excipiunt. Majoribus minoribusq; Friſiis vocabulum eſt, ex modo virium: utræque nationes usque ad Oceanũ Rheno prætexuntur, ambiuntq; immenſos inſuper lacus, & Romanis claſſibus navigatos. Ipſum quinetiam Oceanum illà tentavimus. & ſupereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgavit, ſive adiit Hercules, ſeu quidquid ubique magnificum eſt, in claritatẽ ejus referre conſenſimus. Nec defuit audentia Druſo Germanico: ſed obſtitit Oceanus in ſe ſimul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentavit: ſanctiusq; ac reverentius viſum, de actis deorum credere, quàm ſcire.* Ergo in ipſius Oceani aliquâ inſulâ Herculis columnas eſſe fama divulgaverat; non autem in mediis Fri-

ſiorum

ſiorum finibus. Atque hæc ferè ſunt, quæ de Friſiæ terræ antiquitate ex veterum ſcriptis promere licuit. Nunc de Marſatiis quoque, qui & ipſi Rheni inſulam coluerunt, pauca quædam dicenda putamus.

De Marſatiis, ſive Marſacis.

CAPVT XXVI.

MArſatii appellantur Plinio populi, qui *Marſaci* ſunt Tacito. Horum ſemel fit apud auctorem noſtrum mentio; idque ſtrictim, Hiſtor. lib. 4. ubi de Claudio Labeone Batavo, qui in rebellione Civilis captus erat, verba faciēs: *Præfectus*, inquit, *alæ Batavorum Claudius Labeo, opidano certamine æmulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares, vel ſi retineretur, ſemina diſcordiæ præberet, in Friſios avehitur.* mox infra: *Illuc* (in Coloniam Agrippinenſem ad Voculam legatum) *Cl. Labeo quem captum, & extra conventum amandatum in Friſios diximus, corruptis cuſtodibus perfugit. pollicitusq́, ſi præſidium daretur, iturum in Batavos, & potiorem civitatis partem ad ſocietatem Romanam retracturum: acceptâ peditum, equitumq́ modicâ manu nihil apud Batavos auſus, quoſdam Nerviorum, Bethaſiorumq́ in arma traxit. Et furtim magis, quàm bello, Caninefates, Marſacosq́ incurſabat.* Heic quia Nerviorum, Bethaſiorumque fit mentio, Marſacos iis propinquos finitimosque fuiſſe arbitratus eſt Hubertus Thomas Leodius, in libro, quem de Tungris atque Eburonibus conſcripſit: maximè quia nominis adfinitas exſtabat in opido **Maeſeyck**: ad cujus ſonum ille non veritus, genuinam atque germanam Taciti vocem corrumpere in *Maſacos*. Solam vocabuli ſimilitudinem ſequi, quàm ineptum ſit, ſæpius jam nobis adnotatum eſt. quapropter heic etiam levi riſu transmittamus. Marſacos autem ſi Nerviis, Bethaſiisque finitimos fuiſſe cōtendere velit Leo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

dius, quia heic vtrorumque narratio conjungitur; evincat ante neceſſe eſt, Caninefates quoq; conterminos illis fuiſſe, qui præponuntur etiam in enarratione Marſacis. Verùm hoc quum haud unquàm præſtari queat (longè enim ab illis partem Batavorum inſulæ coluiſſe ſupra probatum eſt) neq; de Marſacis temerè ei quidquam credamus. Ego verò Caninefatibus, Batavorum inſulam colentibus, confineis fuiſſe Marſacos, audacter ex hac Taciti conjunctione, atq; conſtanter adfirmo. Auctorem habeo ſuaſoremq; Plinium, qui in Rheni inſulis eos collocat. Verba ejus lib. 4. c. 12. hæc ſunt: *In Rheno ipſo* C. *propè* M. P. *in longitudinem nobiliſſima Batavorm inſula & Caninefatum; & aliæ Friſiorum majorum, Friſiornm minorum, Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium & Flevum.* Ex quo loco apparet, *Marſacos* Taciti, eosdem eſſe quos *Marſatios* appellat Plinius. quidpe vterq; Friſios, Batavos, Caninefates, Marſatiosq; junctim refert. Iunius, Ortelius, Bertius, & reliqui omnes, intra Rheni complexum equidem agnoſcunt Marſatios; at alieniſſimo ſitu. Ortelius ſiccam referens humum, vbi lacus, vt ante dictum, depingendus erat; eodem tractu eos collocat, ubi nunc Marcken parva inſula ante oppidum Monachodamum conſpicitur. Id autem uti facere quiret, quia Caninefates eorum finitimos ſciebat; hos quoque ſedibus ſuis motos, in Beverovicenſem traduxit agrum. Falſum hoc jam antè ſatis evictum. De Marſacis hoc meminiſſe oportebat; Tacitum tradere, Friſiorum *vtraſq; nationes ambire immēſos* iſtos *lacus*. Ergo ſi iſti vndiq; ambiunt, nullus heic illis datur locus circa inſulam Marcken. Iunius vocabuli ſono allectus, omnem reliquorum geographorum catervam mirandâ auctoritate longiùs abduxit; Marſacorumq; nomen in vaſto illo meatu, qui inter Texel & Huysduynen inſulas eſt, vulgó Marsdiep exſtare omnibus perſuaſit. Verùm hic quoq; Taciti verba de Friſiis aut non legit, aut ſaltem non percepit. Reliqui cum ipſo, vt magnæ auctoritatis viro,

viro,

viro, errare omnes maluerunt, quàm verum ipſi inquirere. Sed faceſſant iſti, cum ſuis nugis. vera detur ac germana nationi ſedes. Citra citimum Rheni alveum eam quærere cum Leodio, planè ineptum fuerit; quando diſertè Plinius in Rheni inſulis gẽtem collocat. Heic quas parteis *Batavi*, quasque *Caninefates*, quas item *Friſii* tenuerint, jam diligẽti, quoad fieri potuit, ſtylo deſignavimus. Implevimus omnia, pręter angulum inter medium Rhenum, Iſelamq; amneis, & lineã, quâ Friſiorum fineis ab ortu brumali cinximus, incluſum. Hunc igitur rectè Marſatiis tribueris. proximus enim eſt Caninefatibus, ex ſententiâ Taciti; proximus item Friſiis, ut innuit Plinius. Nominis etiam veſtigium ſi deſideres (plerosq; enim hoc ipſo maximè duci video) en exſtat in vico V. circiter M.P. ab Duroſtadio diſſito, nomine **Meersberge.** Sed heus tu; inquies: memineris Marſatios Plinii coluiſſe inſulam. Rectè mones. & ego memini. Inſulam equidem iis tribuiſſe, dum latus occidentale lineâ ſolummodò cinxi, haud videor. Sed quid agam? Totúmne ergo id Marſatiis tribuam, quod Rheni duobus alveis, Vechtáque flumine, & Flevo lacu includitur? Sic equidem inſulam tenere videbuntur. Sed vbi fides Taciti, qui Friſios *lacus immenſos ambire* tradit; & *utrasque* eorum *nationes, majores minoresq; Rheno prætexi*? Sanè ſi ſapimus, fidem his verbis derogare caveamus. conciliatio potiùs quæratur. En in promptu eſt. Iam ante Caninefates vnam cum Batavis incoluiſſe inſulam vidimus. Idem tibi de Marſacis, parteque Friſiorum ſi perſuaſeris; ſalva vtrique auctori ſervabitur fides. Opida igitur nunc in veterum Marſacorum ſternuntur finibus **Arnhem/Wageninge/Rhenen.** Plura de hac gente apud rerum ſcriptores haud equidem reperio. Ara tamen viſitur mamorea in vrbe Româ, cujus inſcriptio hujusmodi eſt:

D. M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

D. M.
T. Horteſio. Mucroni. Nat. Marſaqueo V. An xxxxv. Ael. Verinus. Arm. Cuſt. Eq. Sing Aug. Fratri. F. C.

Hanc inſcriptionem ad gentem Marſacorum ſpectare haud dubito; quando exigua admodum eſt differentia inter vocem *Marſaqueo*, & vocabulum *Marſaco*. Atque hæc ferè ſunt, quæ de tribus Rheni alveis & oſtiis, populisque olim accolentibus ex vetuſtiſſimorum auctorum monumentis eruere potui. Noviſſimorum ſeculorum immutationes quod attinet, de his alibi copioſior inſtituetur oratio.

F I N I S.

INDEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

INDEX RERVM, QVÆ HOC LIBRO CONTINENTVR.

A.

ACcronius lacus, nunc **Unterſee**/ 68
Ad duodecimum, 136
locus incerti ſitus 138
Æſtuaria Friſii litoris, 217,218
Albiniana, locus; nunc **Alphen**/ 131
Alphen *pagus, quondam Albiniana*, ibid.
Alpes Rhæticæ, 65
Alpes ſummæ, ibid.
Arenacum, vicus Batavorum, nunc **Arnhem**/ 104,105,137
Arenatium; vide, *Arenacum.*
Argentoratum, non vicus ſub Valentiniano imperatore, uti putavit Ioſeph. Scaliger; ſed ampla urbs, & Caput *Germaniarum* 123.& ſeq.
Armamentarium Romanorum, nunc **Roomburg** *prope Leidam*, 129
Arx Britannica: vide, *Munimentum ad medium Rheni oſtium.*
Aurelius: vide, *Cornelius Aurelius.*

B.

BAdua: vide, *Batua.*
Baduhennæ lucus, nunc **Sevenwolden** *in Friſiâ*, 227
Batavæ virtutis laus, 182
Batavi Cattorum progenies, 141. *quando ex Cattis profecti*, 142. *Mattiacorum conſanguinei*, 5,8. *antiquitùs Germanicè dicti* **die Batawer**/ 103. *Galliæ pars*, 64,76, 86,*& ſeq. cur rarò Galli appellantur ab rerum auctoribus*, 148. *cur Cæſari Germaniæ populus exiſtimati*, 148. *arte equitandi, nandiq; Germanorum præſtantiſſ.* 155. *rei militaris gnari*, 185,190. *non omnium Germanorum (quod quidam volunt) virtute præcipui; ſed Cisrhenanorum tantùm*, 151,152. *cur reliquos Germanos Cisrhenanos virtute præſtiterunt* 1,52, *ab auſtro quibus populis contermini* 41. *opida nulla antiquitùs habuêre, niſi unum, quod nunc* **Batenborch**/ 102,103. *quando, & quomodò in Romanorum notitiam, ſocietatemq; pervenerunt*, 144.& ſeq. 153,154. *numquàm Rom. arma experti, niſi quum Civile duce rebellarent*, 153. *ſub Rom. imperio fuerint, nécne* 150,151. *non fuêre in Cæſaris ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

*ercitu contra Arioviſtum; quod fal-
ſò tradidit Hadr. Iunius*, 150. *fuê-
re cum Cæſare in Britanniâ*, 155.
contra rebelleis Gallos 156. *contra
Pompejum*, 159. & ſeq. *in AEgy-
pto contra Ptolemæum regem; & in
Hiſpaniâ contra Pompeji filium*, 162
*cum reliquo exercitu ad Geticum
Parthicumq́; bellum à Cæſare in
in Macedoniam præmiſſi*, 164. *ab
Octavio Auguſto ad M. Antonium
deficiunt*, 165. *Octavio quomodò re-
conciliati*, 166. *cum Octavio ad Pe-
ruſiam, contra L. Antonium*, ibid.
contra M. Antonium, ibid. *corpo-
rum imperatorum cuſtodes*, 167,
& ſeq. *multis experimentis fide-
liſſimi*, 168. *cuſtodes corporis Agrip-
pinæ, matris Neronis*. 169. *fratres
& amici populi imperiiq́; Romani*,
173. *non fuêre in ſatellitio Hero-
dis Iudææ regis; quod cenſuit Li-
pſius*, 174. *rebelles priſtino imperii
jugo ſe iterum ſubmittunt*, 188
*Batavia Hadr. Iunii neque in Galliâ,
neque in Germaniâ*, 83
*Bataviæ nomen apud unum Zoſimum,
poſterioris ſeculi ſcriptorem, reperi-
tur; ſuperiori ſeculo inuſitatum* 24
*Bataviæ vocabuli falſa derivatio apud
Iunium*, 22. *item apud Cornelium
Aurelium*, 23
*Bataviam ſuam Iunius, & hunc ſequu-
ti alii, malè ad Iſelam flumen, & la-
cum* Zuyderzee *protulerunt*, 41.
refutantur, 50. & ſeq.
*Batavis, corporis cuſtodibus, primus
imperatorum uti cœpit Auguſtus
Cæſar*, 144, 145, 167
Batavodurum, vicus Batavorum, nūc
Wijck te Duerſtede 104, 105.
malè à Ptolemæo locatum, 103
*Batavorum agros unus Gerard. No-
viomagus rectè definivit*, 20. *eoſ-
dem omnium peſſimè H. Iunius*, 21
*Batavorum agri extra inſulam in
Galliæ ripâ*, 62
*Batavorum inſula, extra Galliæ ri-
pam, quomodò pars Galliæ* 83. *quo-
modò inter vada ſita* 43. *quas
nunc regiones, & quæ opida conti-
net* 50. *cur nobiliſſima Plinio di-
cta* 23, 154. *eius ſitus, longitudo, ac
latitudo*, 26. & ſeq. 42. & ſeq,
*Batavorum quatuor vici ad Rheni
ripam*, 104
*Batavorum inſulam C. Caligula in-
greſſus*, 209
*Batavorum militia, & virtus bellica
ſub Auguſto Cæſare, & reliquis
imperatoribus*, 175, & ſeq.
*Batavorum nomen vnde, & quando
natum, in incerto eſt*, 141. *circa
quæ tempora interierit*, 191
*Batavorum rebellio, duce Civile, &
virtus bellica*, 185, & ſeq.
*Batavorum ſolum totius Germaniæ in
veterum monumentis celebratiſ-
ſimum* 20. *Iul. Cæſar nunquàm
ingreſſus*, 28, 148, 149

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Batavorum victus & amictus, 152
Batavorum virtute Cæſari in Philippicis campis victoria, & rerum ſumma partæ ſunt, 161. *item Vitellio in Italiâ*, 184
Batavorum virtus bellica, cur adeò Romanis celebrata 153. *eadem Romanis formidabilis*, 184
Battua, Batua, & Badua; recentia inſulæ Batavorum nomina, 24, 31, 192
Batuam à Bataviâ falsò diſtinxit Cornelius Aurelius, 31
Brevia Friſii litoris, 217, 218
Briel *opidum, quondam Helium caſtellum*, 17
Brigantinus lacus: vide, *Venetus*.
Brinio Caninefas, 93, & ſeq.
Britannica arx: vide, *Munimentum ad medium Rheni oſtium*.
Brittenburg / *ſive* **t'huys te Britten** *unde dictum, in incerto eſt*. 117

C.

Caninefates, in parte Batavorum inſula, 92. & ſeq. *quam partem inſulæ tenuerunt*, 99, 100. *pars Galliæ* 98. ἔτυμον *eorum falſum apud Iunium*, 101. *quando & quomodò in notitiam, ſocietatemq; Romanorum pervenerunt*, 147
Carvo, opidum ſeu vicus ad Moſam amnem, nunc **Grave**/ 137
Caſpingium, 136. *locus eſt incerti ſitus*, 138
Caſtra Herculis, locus incerti ſitus, 137
Caſtra Romanorum, & caſtellum Helium ad Moſam amnem; nunc **Briel**/ 16, 17
Caſtra Romanorum in inſulâ Batavorum à Brinione Caninefate expugnata, 93. & ſeq.
Chaucorum, ſive Cauchorum nomen in Plinio falſum, 195
Cisrhenani Germani, qui Tacito dicti, 85
Civilis Batavus rebellans molem Druſi ad Rhenum diruit, amnemq; in Galliam, Leccæ alveo, abegit, 43. & ſeq.
Claßis Germanici ubi fabricata, 55
Colles arenarii ad Hollandiæ, Friſiæq; litora, 213
Corbulonis foſſa, 46, 47
Cornelius Aurelius fabuloſiſsimus Bataviæ deſcriptor, 20
Cruptoricis villa. 227

D.

Drecht: vide **Trecht.**
Druſi moles ad Rhenum à Civile Batavo diruta 43. *juxta Duroſtadium*, 45. *malè ab Hadriano Iunio deſignatur inter Arnhemũ & Dusburgum*, ibidem.

Druſiana foſſa 222. & ſeq. *cur facta*, 224
Druſus ubi obiit, 211
Duynen: vide, *Colles arenarii.*
Dusburgum falsò à Druſi nomine deductum. 224

E.

Eburonum ſedes, ab Hub. Thomâ Leodio malè deſignata. 38

F.

Fleet: vide **Vliet.**
Flenium, 136. *locus eſt incertæ poſitionis*, 138
Fletium 136. *locus eſt incerti ſitus*, 138
Flevo, ſeu Flevus lacus, nūc **de Zuyderzee**/ 202, 203, 211, 212. *unde dictus*, 218, 219. *quâ magnitudine olim*, 220
Flevo inſula 219. & ſeq. *malè ab Ortelio deſcripta*, 221. *item à Iunio*, 222
Fleum caſtellum: vide, *Flevum.*
Flevum ſive Fleum caſtellum; nunc S. Brandarius in inſulâ **Schelling**/ 216
Flevum nomen falsò tribuitur à Bertio Vechtæ flumini 60
Fliet: vide, **Vliet.**
Fliſſingen: vide, **Vliſſingen.**
Forum Adriani, locus eſt incerti ſitus, 138
Foſſa Corbulonis, 46, 47
Foſſa Druſi 222. & ſeq. *cur facta*, 224
Friſiabonum vocabulum falſum in Plinii libris, 196
Friſæones, *&* *Friſævones*, *iidem qui Friſii*, 198
Friſii litoris facies qualis fuerit ſub Tiberio imperatore, 217
Friſiorum fines, 192, 193
Friſiorum genera duo: *Majores*, *&* *Minores* 193, 194
Friſiorum inſulæ, 213
Friſiorum ſolum quæ opida nunc continet, 199
Friſios quis primùm perdomuit. 146

G.

Galliæ, Germaniæq́; terminus eſt medius Rheni alveus, 76. & ſeq. *Cæſari autem eſt Vahales fluvius*, 149
Gannaſcus Caninefas pirata, apud Selandicas inſulas à Corbulone exturbatus, 14, 15
Geelmuyden: *quondam Manarmanis portus*, 228
Gelduba opidum ad Rhenum, nunc **Ordingen**/ 10
Germani cis Rhenum qui dicti Tacito, 85
Germaniæ, Galliæq́; terminus eſt medius Rhenus, 76. & ſeq. *Cæſari autem eſt Vahales*, 149
Grinnes, vicus Batavorum, nunc è regione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

gione **Rhenen** *opidum*, 103, 104
Gugerni inter Moſam & Rhenum, Batavorum finitimi. 10

H.

Hadrianus Iunius, melior medicus, quàm geographus, aut hiſtoricus, malè Batavorum fineis deſcripſit, 21
Harenatium: vide, *Arenacum.*
Helium caſtellum, & caſtra Romanorum in Toxandrorum inſulâ: nunc **Briel**/ 16,17
Herculis caſtra, 137
Herculis columnæ, in Oceano ſeptemtrionali, 228
Herenatium: vide, *Arenacum.*
Hollandiæ inſulæ auſtrales, Toxandrorum quondam pars, 15
Huys te Britten: vide, **Brittenburg.**

I.

Iambal, vocabulum mendoſum apud Servium, 70,71
Inſula Batavorum: vide, *Batavorum inſula.*
Iſela amnis, quondam Nabalia dictus, 203,205. *Tacito numquàm Rheni nomine adpellatus* 205. & ſeq. *ejus deſcriptio.* 202

L.

Lauri, 136. *locus eſt incerti ſitus*, 138
Lecca amnis quando primùm exſtitit, 45. *falsò ab Ortelio dictus Foſſa Corbulonis*, 46
Lepontii populi, 64
Levæ fanum, 136. *locus eſt incerti ſitus*, 138
Leyden/ *ſive* **Leyen**: *olim Lugdunum Batavorum* 121
Lingones populi, 34
Lugdunum Batavorum: nunc **Leyden** 121. *unde dictum; item, quis primùm condidit* 122. *falsò exiſtimatur* Caput Germaniarum *ab Antonino in Itinerario dictum*, 123

M.

Manarmanis portus: nunc **Geelmuyden**/ 228
Mannaritium: nunc **Mauriick** 135
Mare vadoſum inter Friſiæ continentem terram & inſulas, 212. & ſeq. 218
Marſaci, ſive Marſatii populi: nunc Velaviæ pars 231. *malè ab Hub. Leodio ad Moſam collocati. item ab Ortelio ad* **Marcken** *inſulam. & item à Iunio ad Septemtrio-*

nalis Hollădiæ fretum **Marsdiep** 229.230. quando in Romanorum notitiam pervenerint, 147
Marſaquei, iidem qui Marſaci, 232
Marſatii. vide, Marſaci.
Marsdiep; fretum Hollandiæ Septemtrionalis 220
Marpurgum opidum, olim Mattiacum, 8
Matilo, locus. 131
Mattiaca metalla argenti, 5,9
Mattiacæ aquæ, ſeu Mattiaci fontes calidi, 7,9
Mattiaci populi, malè à plerisq; in Selandicis collocantur inſulis, 3. malè item à Douſâ filio circa opida **Deventer/Campen** & **Zwol** malè item à Melanchthone in Geldriâ, ſeu Cliviâ 4. item à Lipſio in Hollandiâ ſeptemtrionali 6. fines eorum ultra Rhenum in Germaniæ ſolo 5. inter Francofurtum, Marpurgum & Confluenteis 9. pars fuêre quondam Cattorum; & hinc ſimiles Batavorum, & cōſanguinei, 5,8. cur cum Batavis conjungantur apud Tacitum 5. item in Notitiâ utriusque imperii, 8
Mattiaci fontes calidi: vide, Mattiacæ aquæ.
Mattiacum vocabulum vindicatur in Tacito contra Lipſium, 6
Mattiacum opidum; nunc Marpurgum, 8
Menapii populi, inter Moſam & Scaldem, 10. inter Morinos & Batavos 38. malè deſcripti à Strabone, 200. hinc quibusdam error natus circa Amſterodamum eos locandi, 199
Merovæus fluvius: vulgò **Merwe**/ 34,38
Merovæa arx: vulgò **Merve**/ 38
Middelburgum opidum unde dictum: falsò Metello conditori adſcriptum, 16
Morini populi, quondam in Flandriâ, inter Scaldem, Legiamq; amneis & Oceanum, 10
Moſa flumen quomodò jungitur Scaldi apud Cæſarem, 13
Moſæ flumiuis deſcriptio 33. vetus ejus alveus, 35
Moſæ alveus & oſtium malè deſignatum à Ptolemæo, 3,74,75
Moſæ, Vahalisq; veteres confluentes, 37
Munimentum ad medium Rheni os falsò Arx Britannica adpellatur, 109. & ſeq. pars arenis obruta eſt, 49. conditor ejus videtur Druſus, 118

N.

Nabaliæ flumen: nunc Iſela, 203, 205
Nantuates populi, 66
Navalia opidum: nunc **Deventer**/ 205

Niger pullus : locus eſt incertæ poſitionis. 138

O.

ORdingen opidum ad Rhenum; olim Gelduba. 10

P.

PHaros Caligulæ in Batavorum inſulâ, ad Rheni medium oſtium, 118

Prætorium Agrippinæ : nunc Roomburg/ propè Leidam, 129, 130

Pugnæ inter Civilem, & Romanos in Batavorum inſulâ deſcriptio. 87

R.

RHeni amnis deſcriptio, 64, & ſeq.

Rheni divortium, ſive divergium, ad munimentum Schenckii, 27. malè á Glareano deſignatum ad opidum Moers/ 32

Rheni fontes, 65

Rheni medius alveus, quondam latus, atq; ingens, quando extenuatus, 43 à Civile Batavo in Leccam abactus, 44, 45. nomen Rheni perpetuò ad hanc ætatem ſervavit, 56. terminus inter Galliam & Germaniam, 76, & ſeq. os ejus quando, & quomodò obſtructum, 49

Rheni oſtia malè notantur à Cæſare: 13, 73, 149. item à Ptolemæo, 74

Rheni tertius, ſive extimus alveus eſt Iſela: quem malè conſtituunt Germaniæ, Galliæq; terminum Plinius ac Ptolemæus, 80

Rheni tres alvei, ut hodiè ſuo quisque ſibi nomine, ſic antiquitùs etiam adpellabantur, 208

Rhenum bicornem facit Pomp. Mela: at perverſâ ratione, 72

Rhenus ab initio uno oſtio in Oceanum effluxit 69. à Civile Batavo abactus, quomodò in Galliam effuſus dicatur 91. à quo, & quando tricornis factus 74. tam Galliæ, quàm Germaniæ dicitur fluvius 81

Roomburg: quondam Prætorium Agrippinæ, & Armrmentarium Romanorum. 129, 130

S.

SAcrum Batavorum nemus, 139. unde dictum 140. falsò nunc Schakenboſch interpretantur, 139

Sala amnis apud Strabonem, non eſt Iſela: ſed interioris Germaniæ flumẽ, quod vulgari nomine die Sale in Albim effunditur, 210

Santen Cliviæ opidum : quondam Vetera, 10

Scaldes amnis quomodò jungatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Moſæ apud Cæſarem, 13
Scaldis oſtium Plinius ſtatuit inter Flandriam & Valachriam Flandriæ inſulam, 14
Scaldis verum oſtium Ptolemæus falsò deſcripſit pro Moſæ oſtio, 14
Seduni populi: opidum eorum nunc eſt **Sitten** *Germanis & Gallis Sion, in Alpibus ad Rhodanum,* 66
Selandi, quondam Toxandri dicti, 66
Selandia, olim Toxandria dicta, 17, 19
olim continens terra, 12
Selandicarum inſularum mentio apud Cæſarem: at ſine nomine, 10, 12
Selandicas inſulas Cæſar nunquàm adiit, 13
Selandicas inter inſulas æſtuaria quondam pedibus pervia: Tacito quoque memorata, 14
Selandicis inſulis male, atque imperitè Mattiaci tribuuntur, 3
Sevenwolden *Friſiæ ſilva: olim Baduhennæ lucus,* 227
Sicambrorum fines, 147
Sturiorum vocabulum in Plinii libris falſum. 196

T.

Tabla 136. *locus eſt incertæ poſitionis,* 138
Tabu da fluvius: nunc **Honte**/ 75
Tacitus provinciæ Belgicæ procurator 28. *diligens Batavorum inſulæ delineator,* 29
Teſſenderloo *pagus Leodiacenſis diœceſis non eſt Toxandria Ammiani,* 18
Toxandri; nunc Selandi, 11. *& pars Hollandiæ, in inſulis auſtralibus* 15. *fuêre Germani: Morinis, Batavisq́ finitimi,* 11. *à T. Labieno, Cæſaris legato perdomiti,* 10, 16
Toxandria, nunc Selandia 19. *& pars Hollandiæ,* 15
Toxandrorum tot genera, quot inſulæ, ibid.
Trajectum: nunc **Utrecht**/131. *unde dictum,* 133
Trecht/ *ſive* **Tricht**/ *ſive* **Drecht** *ſyllabæ, opidis, ſeu vicis adpoſitæ, quid ſignificent,* 133
Turris altiſsima Caligulæ: vide, *Pharos.*
Twat: *id eſt, vadoſum mare, ſive brevia ad Friſiam, ante fuêre æſtuaria tantùm.* 212. & ſeq. 217

V.

Vada, vicus Batavorum: nunc **Wageninge**/ 103, 104
Vadoſum mare ad Friſiam, 12. & ſeq. 218
Vahales amnis quomodò primùm exortus 69. *Cæſari terminus inter Germaniam, Galliamq́,* 149
Vahalem ignoraſſe videtur Mela, 56, 72
Vahalis vocabulum variè in variis

Cæſa-

Cæſaris exemplaribus ſcriptum emendatur, 39
Vahalis amnis antiquus alveus, 36,37
Vahalis, Moſæq́ veteres confluentes, 37
Vbiorum trans Rhenum fines, 8,147
Vecht *fluvius: quondam Vidrus,* 224
Velaviorum pars, olim Marſaci, 231
Venetus lacus, qui & Brigantinus: nunc **Coſtnitzerſee** *: ſive* **Bodenſee,** 67,68
Veragri populi, 66
Vetera, caſtra Romanorum, nunc **Santen** *ad Rhenum,* 10
Viberi populi, 66
Vidrus amnis: nunc **Vecht/** 224
Vleet: vide **Vliet.**
Vlielant *inſula,* 220,222
Vliet / *ſive* **Fliet/ Vleet** / *&* **Fleet** *quid ſignificet,* 48,218
Vliſſingen *Selandiæ opidum unde dictum: item falsò Vlyſſi conditori tributum,* 16
Vltrajectum opidum: nunc **Vtrecht** *: unde dictum,* 132,& ſeq.
Vtrecht *opidum: quondam Trajectum,* ibid.
Vultaburg : vide, **Wiltaburg**.

W

Wiltaburg : *nunc* **Wiltenburg/** 132,133.

FINIS.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 32